


LAVREA
SALMANTINA
MAGISTRI F. ANTONII PEREZ

BENEDICTINI, INCLYTI BENEDICTINORVM
COLLEGII APVD SALMANTICENSES REGENTIS,
& à censuris Hereticæ prauitatis Ministri.

CONTINENS PRO PARTE SECVNDA,
Relectionem de Cruce Christi, & requisita alia.

AD D. FRANCISCVM GOMEZ DE SANDOVAL
PRIMARIVM LERMÆ DVCEM, &c.



Cum Privilegio Regio.

SALMANTICAE,
Ex typographia Arti Taberniel Antuerpiani.

Anno CIO. IOC. IIII.

EXCELSA VIRE A
SALMANTA IN A
MAGISTRI E. ANTONI PEREZ

BENEDICTI INGLYTI BENEDICTI NORVM


GOMERII APUD GALANTICENSIS REGENTIS
et Academiae Helveticae Praesidis Minister

CONTINENS PRO PARTE SECONDA

Religionem de Curia Christi et Apostolica

AD D. FRANCISCUM GOMEZ DE SANDOVAL

PRIMUM PARS D. G. M. S. C.



Imprimatur Regis

SALMANTA IN A
Ex typographia A. et J. Abernethi A. et J. Abernethi

Anno 1700. III.

E X C E L L E N T I S S I M O

PRINCIPI D. FRANCISCO GOMEZ
DE SANDOVAL, PRIMARIO DUCI LERMÆ, AC ZEÆ,
Marchioni Denia, Empudia Comiti, & Domino Valdemori,
maiori Commēdatario Castellæ, Hispaniarū equitatus maximo
Duci, à Consilio supremo Regis Philippi Tertij Domini nostri,
& eius Cubiculario potiori, primoriq; Scutario, &c. Fr. Anto-
nius Perez Benedictinus. S.



RIOREM meę Laureę partem
Potentissimo Regum: secun-
dam autem & extremam tibi
POTENTISSIME Ducum ad-
duco. Vt quia radix ille: ramo-
rum vero eius tu ipse apex es
media contineatis trementia valde hæc folia.

Addo, quod Regnorū Castellæ SUPREMVM
Cōmendatorem, Crucisq; signiferum agis.
Et ideo Dominicæ Crucis relectio, quæ hic
editur, te iure suo vindicat Protecto-
rem Scutarium. Valeas validissime
Princeps in Principum
Domino.



AD LECTOREM.


Horat.



CCIPE lector eximie extremam mea Laurea partem: ut absolutam habeas exercitationum mearum integram bibliothecam. Et precor tarditatem ignoscas procrastinata excusationis: quia praeterquam quod liber nonum debuit (ut ille alius dixit) premi in annum: pressit tenaciter me (ingenue fateor) si non domus angusta, saltem curta suppellex: qua riget omnia quae rei familiarituntur: ut nititur librorum editio, maxime Hispanica.

Taceo formidabilem operam omnipallore dignam, qua se necessario implicat qui praedictis excusationibus vacat. Haec enim adeo supra fidem est: ut (quod saepe dixerim) si Doctores Ecclesiae typis sua scripta, dictataque mandassent, ut mandarunt literis, atque calamis, non tam in Confessorum, quam in compendio Martyrum collocandi venirent. Et ideo non mirum est si tanta me vorago terruerit, prolixaeque retardauerit in editione voluminis tantorum efflagitati molestis. Defectus praeterea qui authoris sunt (sunt enim innumeri) suppleas rogo: quia non prelo dedi opus hoc, quasi nullis esset infectum, et impositum contagis: sed quia (quod saepe dicitur) melior est proles infecta, quam non proles. Vale.

RELE-



RELECTIO DE CRUCE CHRISTI, HABITA

IN CLARISSIMO THEOLOGORUM
Gymnasio 18. Decembris.

Anno 1599.

THEMA RELECTIONIS.

Hoc sentite in vobis, quod et in Christo Iesu: qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se equalem Deo: sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, et habitu inuentus ut homo. Humiliauit semetipsum, factus obediens usque ad mortem: mortem autem Crucis. Ad Philippens. 2.

ET VTRVM

Conuenienter Christus crucis morte affectus sit?

I
Comēdatio
Thematis.



PRRÆFIXI Thematis species omnē oculorum acie, omnē omnis sensus virtutem, & intellectus præstantiam facile retundit & hebetat. Et stylū repellit moles muneris & prouinciæ susceptæ. Iactat enim præiactū elogiū herosa, grādia, & opīma de Christo: iactat etiam humillima, infima, & squallida eius: media etiā iactat. Et constat tātas abyssus ab vno non posse cōdito lumine transuadari.

Quo circa Paulus Apostolus, huius veritatis anfractus satis expertus, nō tam nos, quā Deū precabatur impēse, vt perfunderemur notitia sublimitatis, profunditatis, latitudinis, longitudinisq;: hoc est, vt probe sciremus summa, media, & ima: superna, inferna, & trāsuersa quæ in mysterio Crucis mirificè recluduntur. Ad Ephes. enim c. 3. sic habet. *Flecto genua mea ad Patrē Domini mei Iesu Christi: vt det vobis secūdu diuitias gloriæ suæ: vt possitis cōprehendere cū omnibus Sanctis, quæ sit latitudo, & lōgitudo, profunditas, & sublimitas.* Hoc est. Vehemētē, ardētē ac supplicē precē ad Deū fundo: vt det vobis tenere, & mēte scitē rimari mysteriū Crucis. Iuxta quæ interpretatur Gre. Nif. à Theoph.

Necessario
Deus inuocandus ad
Thematis
intelligentiam.

citatus eo loci, & iuxta August. mentē tom. 2. de gratia noui testamēti ad Honor. c. 26. & 36.

VNDĒ cū mysteriū Crucis tria hæc potissimū cōplectatur: scilicet, sublimitatē personæ Diuinæ in Crucē sublata; lōgitudinē & latitudinē siue mediocritatē naturę humanę, ob quā Christus potuit in Crucē efferi; & profunditatē siue ignomiā mortis in ligno: opportunē satis ad hoc aucupādū mysteriū, præmissus est. In summo enim diuinitatē Christi, humanitatē in medio, Crucē deniq; præfert in imo: vt cōsiderāti, vel Relectionis huius ordinē attē dēti patebit. Tu igitur æterni Patris æterna proles, da, vt dū tua res agitur, proximus is noster paries (hoc est, homo terreus) ardeat: vt flāmis defœcatis correptus, vndiq; te Deū, te hominē, te propter hominē mortuū & Crucis patibulo appensum, velut mille oculis hauriat. Opem fer opitulatrix atq; auxiliatrix Virgo. Opetias ferte fautores faulti omnis ominus mei, magne Pater Patrū Benedicte Nursiensis; Petre, Antoni, Athanasi, Gregori, Vincenti, ac Silēsis Dominice. Tu etiā cōsultissime Præses, magni Magistri & Doctores. Equites nobilissimi, adstatiū cœtus clarissime, dicēdi copiā, imo & dicēdorum prebete: & cū Ecclesia Romana veniam meis lapsibus date.

2
Quanta
comprehendat
mysterium
Crucis.

PRIMA PARS THEMA- TIS ET ASSUMPTI.

De sublimitate Christi: id est, de Diuinitate. 

CAPVT PRIMVM.



D PRIMVM igitur accedens: postquā Paulus hortatus est Philippenses, dicendo. *Hoc sentite in vobis quod est in Christo Iesu.* Hoc est: Id vsu vobis obuēniat, is sensus, is affectus sit in vobis, qui fuit in Christo

Iesu. vel: Ita sitis vicissim affecti alij in alios, vt Christus fuit erga vos affectus. Igitur postquā Paulus his monitis adhortatus est Philippenses: primū quod eo loci de Christo prędicat, illud est, quod *in forma Dei esset*: hoc est, in diuinitate, natura & essentia diuina: iuxta quę interpretes omnes, vno vel altero exceptis, super hunc locū constituunt: & iuxta quę Athanasius sermone 4. contra Arrianos; Nazianzenus oratione 5. de Theologia; Nissenus lib. de sermone in monte; Hilarius in Psal. 138. & lib. 8. de Trinitate vltra medium; Cyrillus lib. 3. Thesauri c. 1. & 2. Hieronymus in 1. c. ad Titū; Augustinus lib. 2. contra Maximinum c. 5. & Ambros. Epist. 47. & lib. 2. de fide cap. 4. vna consensione fatentur:

Et ita fatendū esse, satis ipsa ratio suadet. Licet enim hoc nomē *forma* translatiuū sit & ductū ab operibus artis: vtpotē quod sicut effigies inducta in materiā per artē, concinnat atque eformat materiā, siue æris siue ligni: ita species cuiuslibet rei cōcinnat atq; eformat eā; & propterea dicitur forma: adhuc tamen hoc nomē forma ita accomodatū est rerum naturis, vt, vel ipsi grammatici statuunt, hoc interessē inter figurā & formā, quod illa est artis opus, hęc vero bonū naturę. Ex quo Ciceronis illud primo de natura Deorū. *Omniū animantiū formam vincit hominum figura.* Vtpotē quod hominis vultus, quantumuis artificiatu gesttulationibus deformatu, elegantior est & venustior specie naturali brutorū.

Et non tantū forma naturā vel naturę bonū significat: sed significat etiā id quod est in natura præstantius. Vnde anima rationalis dicitur forma hominis: & pulchritudo dicitur forma corporis: & forma vbicūque est, perpetuo præest illis quibus est forma, etiam si accidentalis & merū accidens sit; vt patet in albedine actuante & dealbante corpus.

ET FORMA, quę simpliciter dicitur forma, qualis est forma substantialis (accidentalis

enim sicut non dicitur ens simpliciter, ita nec dicitur forma simpliciter) definitur ab Aristotele 2. lib. Physicorū ca. 3. tex. 28. esse rationē quidditatis: id est, id in quo cuiusq; suppositi naturalis essentia præcipue continetur: seu, quod essentiā rei, eiusq; definitionē absoluit, & ab aliis distinguit. Quo circa forma res adeo cōmendabilis circūfertur: vt à multis, ipsiq; grauissimis Philosophorū, multis ac præclaris sit epithetis ornata. Pythagoras enim vocauit illā, vnū: eo quod incertam ac vagam materię rationem in vnā, certamque speciē contrahat: vel quod vnitatem affectet, sicuti materia multitudinem vel diuisionem: Tum quod anima, quę inter formas principatū habet, vñionem elementorum, partiumque corporis efficiat: quia cum corpus ex elementis coalitū in perpetuo fluxu sit, egebat vñientis & continentis cuiuspiam opera, ne fatisceret. Ex quo Pythagoricum illud: *Rerum tria sunt initia: infinitum, vnum, duo.* Hoc est, Deus, forma, & materia. Timæus Locrus vocauit eā mētē, eo quod sit adūbrata quædā primi, ac puri actus, diuinæq; mētis similitudo. Et propter id ipsum vocauit eandem Aristoteles quid diuinum. Vocauit etiam pulchrum, quia materiā decorat, totamq; mundi quasi scenā spectanda varietate picturat. Vocauit & optimū, ac tandem finem: eo quod sit quidpiam maxime perfectum & appetibile, & scopum in quē genitor tendit dum generationi vacat: quia sibi simile in forma efficere naturaliter tentat: de quibus D. Thomas 1. p. q. 44. ar. 4. Alij vocāt eam terminum: quoniam diffluētē materiā certis coërcet liminibus. Alij denique eā characterem appellant: eo quod cuique rerū quasi notam imprimat, qua cognosci & distinguui possit à cæteris. De quibus legendus venit Albertus Magnus lib. 1. Physic. tractatu 3. cap. 17. & Copulata Conimbrica, magnus mihi semper thesaurus, eo loci cap. 9. quæstione 10. art. 2.

VNDELICET in diuinis forma, vere forma, vere informans, non sit: quia tamen in diuinis est vera natura, quam nos per ly formatū concipimus atque declaramus: ideo penes hoc quod Paulus dixit Christum Dominum fuisse in forma Dei, cogimur confiteri bonum naturę diuinę, optimum naturę diuinę & tandem naturam ipsam atque essentiam diuinam in Christo Domino realiter habitasse, & ipsum vt natura propria perfectē constituisse: ac tandem Christum verum Deum esse.

Encomia
forma.

5
Quomodo
forma in
Deo.

3
Incipit explicatio
Thematis.

Quid sit
Christū esse
in forma
Dei.

Quid nā sit
forma: quid
vero figura.

4
Definitio
forma.

CAPVT SECVNDVM.

Obicitur
contra præ-
dicta figurã
significare
idem quod
imago.



VOD SI obiicias Franciscum
Dauid hæreticum Trãsiluania,
aientem, apud Belarminium to-
mo 1. lib. 1. de Christo cap. 6. ly
formam vsurpari, penes litteras
sacras, pro sensibili imagine: iuxta illud Deu-
teronomij. 4. *Vocem verborum audistis, formam
autem penitus nullam vidistis.* Imo & iuxta il-
lud actuum 7. n. 44. *Tabernaculũ testimoniũ fuit
cum Patribus nostris in deserto, sicut disposuit illis
Deus, loquens ad Moysen, vt faceret illud secundũ
formam, quam viderat.* Quinimo & iuxta illud
1. Petri 3. num. 21. *Vos nunc similis formæ saluos
facit Baptisma.* Quia scilicet arca Noe, in qua
per aquam salutæ factæ sunt octo animæ, figu-
ram gessit Baptismi, quo nos per aquam redi-
mimur: Et proinde velis inferre, vt ille infert,
Christũ eo solũ dici formã Dei, quia erat ima-
go quædam visibilis Dei inuisibilis.

OCCVRRAM satis dicẽdo, quod licet sape
figura significet in sacris litteris sensibile
exterioremque speciẽ: vt Psal. 44. *Speciosus forma
præ filiis Hominũ. Sapiẽtię 8. Amator factus sum
formæ illius.* Danielis 1. num. 4. *Pueros, in quibus
nulla est macula, decoros forma.* Et perinde tra-
hatur aliquando ly forma ad significandũ ima-
ginẽ, siue simulacrũ sensibile, vt in elogiis nu-
per obiectatis. Tamen, si res satis perspicitur,
nunquam ly forma absolute prolata pro hu-
iustmodi rebus vsurpatur: sed semper affigitur
illi aliquis notabilis terminus à quo contraha-
tur ad non standum pro forma simpliciter, sed
pro forma peculiaris rationis, v. g. cum Psal.
præallegato, forma inducitur ad significandũ
exteriorem pulchritudinis speciem Christi
Domini, ita inducitur, vt ante eam præmitta-
tur ly speciosus, qui est contractiuus terminus
formæ, non permittens illi quid aliud significa-
re, quam speciositatis rationem.

Et idem est cum in elogio producto ex Sa-
piẽtiã 8. præmittitur ly amator: amor enim
ad speciem & venustatem propendet. Et idem
etiam est dum Daniel. 1. dicitur formam pue-
rorum decoram esse: decor enim pro venusta-
te supponit. Idem similiter dicendum est in
obiectis elogiis: nam etiam in illis adiungitur
terminus aliquis extrahens ly formam, à pri-
mãua & propria significatione sua, & cõtra-
hens ad significandum simulacrum agendo-
rum, vel signum. Cum enim in priori elogio
ly forma, referatur ad ea de quibus sermo insti-
tutus fuerat, & dicatur forma illorum verbo-
rum: consequens est quod ly forma inibi non
stet pro forma simpliciter, sed tãtum pro spe-
cie & signo illorum verborum. Et idem est de
reliquis ad idem citatis elogiis, eo quod etiam
in eis est aliquis terminus extrahẽs ly formã,
à proprio significato.

AT IN NOSTRO elogio cum nullus inter

fit terminus extrahens ly formam, à proprio
significato: quia tantum dicitur forma Dei,
hoc est forma personæ diuinæ, in quo tota ra-
tio propriissimæ formæ & naturæ diuinæ sig-
nificatur: non possumus interpretari quod ly
forma, isto loci significet aliud quam naturam
diuinam.

Præterquã quod, vt Belarminus vbi supra
obseruat, cum Paulus non dixerit Christum
fuisse formam Dei, sed fuisse in forma Dei: nõ
potest habere locum, etiam violentum, hære-
tica sententia & dogma huius Dauid. Maxime
quod apud Paul. longè alia est dictio pro qua
noster interpret vertit in forma, ab illa quæ
est Deuter. 4: nam in Paulo est vox græca.
Morphi, in Deuteronomio vero, est vox *Iemu-
nah*, quæ græce est idem quod *Typos*, non au-
tem idem quod *Morphi*. Vnde cum in Deute-
ronomio sit *Iemunah*, idest, *Typos*, significans
latine similitudinem, siue simulacrũ expres-
sum ad representandum aliquid, meritò ibi per
ly figuram, externa species vel imago subindi-
cata est: non autem in præsentia.

CAPVT TERTIVM.



ET SI OBIICIAS secundò cum
Eralmo in comẽtariis super istũ
locum; Figurã hic vsurpari pro
operibus exterioribus Christi
in quibus diuinitas eius insigni-
tè resplescebat: & adducas in præsidũ hu-
ius, vt ipse adducit, Ambros. dicentem in co-
mentariis istiusmodi loci. *Forma Dei, quid est,
nisi exemplũ, quo Deus apparet, dum mortuos ex-
citat, surdis reddit auditũ, leprosos mundat?* Ac tã-
dem confirmes illud, vt cõfirmat idem, ex eo,
quod in præsentia opponitur, respectu Chri-
sti, forma Dei ad formam serui: vt patet ex cõ-
textu Pauli: Et perinde diuinitatis formã non
significare hic formam substantialem diuinã,
sed tantum exteriora opera, quæ diuinitatem
subindicabant. Nã etiam forma serui non sig-
nificat aliquam formam substantialis seruitu-
dinis, quam Christus suscepit: sed tantũ ex-
teriora munia officiaque seruitutis quæ Chri-
stus exhibuit: vtique cum circũcinctus linteo
discipulorum pedes lauit, & similia seruitudi-
nis opera tam suis quam alienis impendit.

Si igitur hæc sic obiicias, occurram cum Be-
larmino vbi supra, dicendo quod ly formã nõ
potest sumi in præsentia pro externis operi-
bus miraculosè patratis: tum quoniã aliàs etiã
Apostoli fuissent in forma Dei, siquidem mi-
racula edebant: tum quoniam dictio Græca,
Morphi, pro qua Sacer vertit interpret, in forma,
semper vsurpatur pro formã intrinsecã sub-
stantiali vel accidentali, & nõquam pro actio-
ne exteriori: vt Belarminus ex Chrysofostomo
atque ex Aristotele ostendit. Et ostendẽ potest
ex eo quod forma vbisuis scriptorũ accipi-
tur pro specie & ratione illa quæ dat ali-

Nota pro
solutione
obiectionis.

8
Obicitur
secundo for-
mã hic acci-
pi pro operi-
bus Christi.

Occurritur
obiectioni.

quod esse: & proinde seipm accipitur pro eo quod est alicui intrinsecam suae per substantiam, suae per substantiam: nunquam autem pro actione exteriori quae transit ad alium.

9

Ostenditur ex D. Ambrosio formam Dei hic significare naturam Dei.

NEQUE id quod ex Ambrosio obicit potest imperum facere: cum Ambrosius, non solum locis ubi supra productis, sed etiam eo loci ab Erasmo citati, expresse constituat semel & iterum, quod per formam Dei intelligitur natura divina. In expositione enim praesentis propositionis ita inquit. *Forma enim Dei nihil differt a Deo.* Constat autem opera Christi quantum miraculosa differre a Christo & a Deo: & proinde non esse formam Dei. Et rursum ibidem. *Sciens enim in forma Dei se esse, non furatus est ut diceret, ego & Pater unum sumus.* Constat autem Christum non vi operationum suarum, sed ante omnem operationem suam sciuisse se unum cum Patre esse: & etiam constat non propter opera, sed propter naturam unum esse cum Patre. Quod si subiunxit Ambrosius formam significare exteriora opera, non tam formaliter quam arguitur locutus est: quasi diceret: non solum erat in forma divinitatis, sed se sic esse ostendebat operibus mirabilibus.

8

Nota ex Ambrosio.

Illud etiam quod de servitudinis forma ab Erasmo subiicitur frivolum est. Nam quidquid sit de huiusmodi forma (de qua dicemus in expositione verbi huius) *Formam servi accipiens*: adhuc ex verborum serie & significatione colligitur longe aliter sumi, aut sumi posse, ly forma in priori quam in posteriori parte. Ut enim Ambrosius ubi supra observat, non dicitur quod Christus assumpsit formam Dei, sicut dicitur quod assumpsit formam servi: sed dicitur, esse in forma Dei.

10

Cur Paulus agens de divinitate Christi abstinnit a verbis actio nis.

VNDÉ licet forma servi supponeret pro externis servilibusque officiis, non sequitur formam Dei supponere pro miraculosis operibus: quia esto dicatur aliquis accipere externum opus, nullus tamen dicitur esse in suis actibus tanquam in forma: sed tantum dicitur esse in sua natura.

Et est notandum apprimè, quod tam in praesenti parte quam etiam in subsequenti, in quibus de divinitate Christi Paulus effatur, consulto abstinnit a verbo actio, & tantum est usus substantivus verbo. Ita enim dixit. *Cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo.* Postea autem, incipiens de humanitate ipsius verba facere, usus est verbis actio, dicendo. *Semetipsum exinanivit formam servi accipiens.* Quasi ad denotandum, quod esto forma servi esset externum aliquid atque abiectionis opus: forma nihilominus Dei erat forma intrinseca & vere natura-
lis. Sed explicemus
sequentia.

CAPVT QVARTVM.

Non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo.



ARIAS, easdemque optimas, verbum hoc explanationes fortitur. Sed omnes eo tendunt, ut divinitatem Christi adstruant, & stricte confirmant. Prima autem expositionum sit illa, quam sub his verbis Adamus hoc in loco compingit. *Sensus est non indicavit esse arrogantiam agnoscere se aequalem Deo: non vendicavit sibi nec arrogavit sibi immerito aequalitatem cum Deo, quando dixit: Ego & Pater unum sumus, non fuit demeritis arrogantie.* Rapina phrasi Hebraea significat turpissimam arrogantiam. Haec autem phrasis Hebraica licet non admodum constet, iuvari tamen potest ex eo, quod ubi nos legimus in Psal. 18. *Ab occultis meis munda me Domine: & ab alienis parce sermo tuo.* Hebrei legunt, apud Caietanum & Genebrardum. *Ab occultis munda me. Etiam a superbis prohibe sermum tuum.* Quasi idem omnino sit alienum & superbum, hoc est peccatum rapinae & superbiae, vel etiam praesumptionis: nam superbia hic significat praesumptionem, teste Genebrardo. Et merito quidem: nam quid aliud est praesumere & superbire, quam gloriam illi furari, qui dixit. *Gloriam meam alteri non dabo.* Et de quo dictum est. *Soli Deo honor & gloria.* Apte ergo explanavit Adamus elogium praesens, dum dixit: Christum non rapinam arbitratum esse se aequalem Deo: hoc est, non superbe, arroganter aut praesumptuose: sed verissime certissimeque atque prudentissime hoc ipsum reputasse.

SECUNDA expositio sit illa Caietani, super hunc locum, dicentis. *In hoc manifestè confirmatur Christiana fides de divinitate Christi, de aequalitate Christi ad Deum. Si enim non fuisset verus Deus, rapina proculdubio fuisset aequalitas ad Deum.* Arriani ergo error manifestè hic confutatur. Assertio autem talis arbitrij assertur in proposito a Paulo, ad ostendendum causam exinanitionis ipsius filij Dei. Intendit enim quod non propterea fecit se minorem Deo, eo quod arbitraretur rapinam aequalitatem sui ad Deum: sed cum sciret quod absque rapina esset aequalis Deo, fecit se minorem Deo. Vnde quasi ad differentiam violenta illius coacta que subiectionis qua Rex Antiochus (post multas clades perpeffus, & pene cofossus, in ultionem praesumptionis qua fluitibus maris imperare, montium altitudines in statera appendere, & quasi se Deum praedicare audebat) Deo se subdidit, inquitens 2. Machabeorum cap. 9. num. 12. *Iustum est subditum esse Deo, & mortalem non paria Deo sentire.* Induxit Caietanus prudenter voluntariam hanc & spontaneam abiectionem Christi; exercitam, non quidem post in semetipso obserua-

11

Expositio Adami de eo qd Christi non rapina sit Deus.

Res superbia extra hominem sunt.

12

Expositio Caiet. de eo quod Christus sit Deus non per rapinam.

Magna Christi deiectio.

tam, aut aliquo modo conceptam extollentiam aduersus Deum: sed post exploratam & cognitam omnimodam æqualitatem inter illos. Deus enim erat.

13
Expositio
Montanide
eo q̄ Chri-
stus non sit
per rapinā
Deus.

TERTIA expositio est, quam Benedictus Arias Montanus, merito inter meritissimos quosque annumerandus semper, in hunc modum super hunc locum tradit. Cum vere (inquit) esset Deus Patri omnino æqualis, idque omnibus modis atque iure summo tueri posset & conseruare, nullique inferiori conditioni suscipienda sese dedere aut præbere facilem: tamen non in similem cogitationem venit cum illo, qui, cum esset creatus in ministerium, cogitauit rapere gloriam parem diuinæ. Sed hic Deus tantum charitate, obedientia & studio absuit à cogitatione huiusmodi, ut non sicut ille, quod non habebat rapere & usurpare cõtenderit, sed potius exinaniuit semetipsum, non modo formā Angelī & ministri, sed serui, hominis, inquam, formam accipiens. Et licet in sacris litteris nec Lucifer, nec Angeli eius raptorum dehonestentur conuictio, quantum ad nomen (quia non vocantur latrones aut raptores) bene tamen quantum ad rem: idum non solum notantur compilatores atque grassatores cruenti totius gentis humanæ; verum & attentatores æqualitatis diuinæ; quam proiecte sibi & temere arrogare sanxerunt. Cuius, fortassis gratia vnguibus rapacibus adunciq; Dæmones depinguntur, quasi in ostentum & specimen rapacitatis suæ. Et ideo non mirum est, si Paulus allusionem fecerit ad attentatam istam malorum Angelorum rapinam: ut ei cõt'raponeret Christi natiuam æqualitatem cum Patre, & abiectam, pro filiis hominū, humiliationem in terra.

Angeli mali raptores & grassatores sunt.

Cur delineatur Dæmones rapacissimis vnguibus.

CAPVT QVINTVM.

14
Expositio
D. Tho. de
eo q̄ Chri-
stus sit non
per rapinā
Deus.



QUARTA explanatio est illa, quam D. Thomas in cōmentariis super istum locum construxit, dicendo, Paulum, in huiusmodi verbis allusionem fecisse ad notissimam illam affectatam rapinam primorum parentum, qua appetierunt esse veluti Dij, Genes. 3. Sane peccatum Adami quasi latrocinium quoddā & furtum reputatum est: non solum quia fuit honoris alieni, substantiæque surreptio contra præceptum Domini: sed etiam quoniam genus humanum receniter à Deo conditum à vero Domino transtulit in Dæmonis tyrāni dominiū. Vnde in persona Christi ex Dauid sic Psal. 68. inclamauit. Quæ non rapui tunc exsoluebam. Hoc est, iuxta August. Quæ rapuit Adam, ut raptor vniuersalis totius humanæ proles, id ego insons persoluo; quia mihi traditum est ut pœnas tanti criminis luam. Propter quod non solum est Cruci appensus, tanquam qui latronis pœnas luebat: sed etiam est collocatus inter duos latrones; tanquam famosus latro inter latrones

Cur Christus in medio latronū appensus.

omnes. Quod si tantum habuit rapinæ primus illi Adami affectus, merito D. Paul. illum hic in medium adduxit ut, oppositum iuxta oppositum ponens, magis elucescerent ambo: & sic claresceret amplius propria Christi diuinitas & asumpta deiectio, posita è regione illius diuinitatis furtiuæ, & excellentiæ affectatæ.

QUINTA expositio est magnæ illius lapidis Ecclesiæ Græcorum, scilicet Sæcti Dionysij Alexandrini in Epistola ad Paulū Samosatenu, vbi inquit: quod Paulus per huiusmodi verba voluit fecernere Christū filium Dei consubstantialem atque naturalem à reliquis filiis Dei, qui per adoptionem & gratiam, non autem per naturam, filiationem diuinam diuinitus inlectantur. Vnde quia de istis Matthei 11. num. 12. dictum est, quod violenter rapiunt regnum Dei, hoc est vi virtutum, laborum atque sudorum; ideo quasi per rapinā hereditatem æternam diuinamque filiationem atque sanctitatem lucrantur. Quo tamen virtutum agone cum Christus non obtinuerit filiationem diuinam: sed potius naturæ confluxu & naturali debito: apte Paulus constituit, quod non per rapinam Christus diuinum esse impetrauit. Macchè qui certaminum pondere regnum consequuntur cœlorum, non improprie vocitantur raptores: cum Augustinus ille de huiusmodi vitis elamauerit. Insurgunt indoliti, & rapiunt cœlum de manibus nostris. Et ideo non mirum est, si Paulus, ut ostenderet Christum non pretio operum sed præconio naturæ, æqualitatem omnimodam habuisse cum Patre, dixerit, quod non rapinam huius æqualitatis effecerit.

15
Expositio
Dionysij
Alex. de eo
quod Chri-
stus sit non
per rapinā
Deus.

SEXTA expositio est illa, quam magnum Ecclesiæ sydas Augustinus Aurelius conficit tomo 9. tractatu 17. in Ioannem. Ibi enim cōstituit, quod Apostolus Paulus quasi submouere conatur per huiusmodi verba imposturam illam, quam perfidi Iudæorum Christo obiectabant: dicentes Ioannis 10. numero 33. Tu homo cum sis, Deum te facis? Per hoc enim (inquit Augustinus) quod perhibetur Christum esse æqualem Patri citra rapinam, conuincitur contra Iudæos quod non se fecerit Deum, neque æqualem Deo: quia nullus potest seipsum facere Deum nisi per rapinam. Deus enim nec sit nec fieri potest, si modo legitimus Deus est: secus autem si furtiuus, supposititiuus & chimericus.

16
Expositio
August. de
eo q̄ Chri-
stus sit non
per rapinā
Deus.

Quare Athanasius magnus probro & stultitiæ dat, in Epistola contra omnes Hæreses, quod Iudæi obiicerent Christo. Tu homo cum sis Deum te facis: Cum tamen deberent inuertere sermonem in hunc modum. Tu Deus cum sis, hominem te facis? Deus enim tanquam omnium Dominus potuit se hominē facere absq; rapinæ nota: homo autem non potest tam alta petere, ut possit, nisi per raptū rapinamque & furtim, diuinitatis nomen, nedū ipsam rem arrogare, & aucupari sibi.

Explicatur
locus Ioan.
cap. 10.

PROPTER quod etiā D. Ioannes nō dixit

cap. 1. Caro facta est verbum, sed Verbum caro factum est. Verbum enim absque cæterorum iniuria potuit se à gradu (vt sic loquar: si fas ita loqui) deicere, & carnem assumere: licet caro ipsa non posset sese in sublime diuinitatis reponere, & ad æqualitatem diuinæ personæ euehere.

17

Explicatur
difficilis
versiculus
2. Psal.

SED VT illustremus amplius illustrè hanc positionem, obseruandum est: quod ab heroicis vsque temporibus, increbuit rumor diuinitatis Christi: & simul increbuit liuor, fastidium & odium aduersariorum in eum, propter excellentiã hanc diuinitatis eius à sæculis diulgatam. Hoc enim me herclè est quod Psal. 2. habetur, dum ita dicitur. *Quare fremuerunt gentes: & populi meditati sunt inania: Astiterunt Reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum & aduersus Christum eius.* Vt enim Caietanus super istum Psalmum obseruat, inania quæ populus meditabatur in Christum, illa potissimum erant, quod homo cum esset, faceret seipsum Deum suffragiis & opinionibus aliquorum conciuium. Ad quem tamen eluendum errorem, edixit per os David. *Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te.* Quasi diceret. Populus valde aberrat à scopo: quia nullius hominis, sed tantum Dei dictis edoctus prædico me Deum esse. Dominus enim dixit ad me (æterna notionalique dictione) quod essem filius eius, naturaliter ab æterno productus. Iuxta quæ certamine primo positio, initio secundi capitis effusè môstrauimus.

Resolutio
expositio-
nis.

Ex his autem sic delibatis optimus deduci potest præsentis oraculi sensus. Infertur enim ex illis, quod licet Christus obstiterit populo meditati inania de diuinitate eius, & molienti illum radicitus demoliri, & exinanire omnino: non tamen id præstitit, quasi ad subterfugiendam, excusandamve exinanitionem summam: cum post exploratam, defensatam, prædicatam, atque perfectissimè cognitam diuinitatem suam, & æqualitatem cum Patre, ipse se se exinanierit: haud secus quam si Deus non fuisset.

CAPVT SEXTVM.

18

Expositio
Chryf. de eo
quod Christi
non per
rapinam sit
Deus.



VTIMA expositio est Chrystomi super hunc locum sermone 7. Theodoret, Theophylacti aliorumque Græcorum, eo loci, aientium: propterea Paulum dixisse quod Christus nõ putauit rapinam, hoc est raptu obtentam, æqualitatem cum Patre: vt præmuniret viam ad eam deiectionem, quã illico erat prædicaturus de Christo: & ad quã nos omnes monitos esse volebat. Inquiunt enim: quod quia furtiua, & mala fide possessa nullus, nec per instans, audet deponere, sed neque dissimulare: ne fortè dum nõ apparent, subito pereant, & irreuocabiliter abeant: Cum tamen naturaliter habita, & bona fide possessa

nullus grauetur missa facere, aut saltem dissimulare, & latentissimè obtegere, sciens sibi integrum esse, resumere reuocareque illa cum primum libuerit: Ideo ad ostendendum Paulus quod intrepidè Christus sese deiecit à gradu, præmisit quod non furtiua, sed naturalis potius esset in illo æqualitas paritasque cum Patre. Et simul ad exhortandum & homines commonendum vt, si veram habent veræ dignitatis præstantiam, fidenter se demittat ab ea & fratrum subiaceant pedibus: cū natiua præstantia nullum ex hac abiectione possit subire dispendium.

DVPLEX pro re ista exemplum inducit D. Ioannes Chrystomus. Quorum primum est de omni Rege tyrãno, qui metuit, etiam in bello, deponere diadema & purpuram, ne regnum elabatur è manibus: cum tamè legitimus Rex id tutò fidenterque faciat, etiã in nuptiis, sciens nullum sibi ex depositione illa periculum imminere. Alterum est de Absalone: qui raptam tyrannidem deponere non sustinuit, sed neque dissimulare: quandoquidem, vt habetur 2. Reg. 25. fecit sibi currus, & equites, & quinquaginta viros, qui præcederent ante eum. Cum tamen David Pater eius, legitimus Rex, mula vectus, & nullis affectatoribus constipatus incederet.

ALIA possemus nos, ad idem, exèpla subiicere; sed sufficit molestum illud & cottidianum quod omnes vexat audientes; vtique de nobilitate & præstantia alicuius familiæ. Qui enim furtiuam aliquam ac supposititiam tantum generis claritatem sustentant, non solum vtroque pollice ambabusque manibus, sed etiã ipsamet lingua retinent, tutanturque eã adeo, vt nihil crebrius resonet in ore ipsorum, quã claritas (& bone Deus, quæ claritas!) generis sui: ne forte, dum semel silent ab ea, ipsa obliuionem accipiat, & obliuione excidat. Qui tamen ingenui sunt, legitima claritate, nunquã tales voces effutiunt, scientes quod nullo silètio sepeliri potest vel obrui tanta tantæ gentis, tot comparata acclamationibus, dignitas.

Aptè & optimè igitur D. Paulus præmisit natiuam Christi Domini æqualitatem cum Deo, vt tutò posset prædicare de illo quod exinaniuit sese: & vt sic exhortaretur fideles ad humilitatem sectandam, cum omnis ille & solus ille potest confidenter se à gradu dignitatis deicere, qui veram aliquam verè dignitatem præoccupat.

Ecce priorem partem thematis nostri explanatam: & adumbratum simul consilium, vel intentum Apostoli. Ecce etiam sublimitatem mysterij Crucis sufficienter, prout nunc, expositam: hoc est, diuinitatem Christi, & eius æqualitatem cum Patre: quæ ad priorem partem thematis nostri pertinere prædiximus.

Differètia
inter ger-
manum &
inter furti-
uum rei pos-
sessorum.

19

20

Contra Gar-
rulos gene-
ris sui.

CAPVT SEPTIMVM.

2 I
Obicitur
ab Arria-
nis contra
diuinitatē
Christi.



PRIVS tamen quam ad secundam partem thematis nostri accedam, placet referre & refellere quoddam argumentum Arrianorum eo modo quo illud refert & refutat vbi supra D. Chryostomus, Chryostomi verba, pro tali argumento referendo, hæc sunt. *Argutam illorum orationem audiamus. At enim contrariū potius istis verbis ostenditur, inquit. Dixit enim, cum in forma Dei esset, non hoc rapuisse, vt esset æqualis Deo. At qui si Deus erat: quomodo poterat rapere: & quomodo hoc non inconsideratè dictum fuerit? Quis enim vnquā dixerit, illum cum homo esset, non hoc rapuisse, vt esset homo? Qui enim fieri potest, vt quisquam rapiat id, quod est? Hoc igitur, inquit, sibi volebat Apostolus, filium, cum Deus minor esset, non hoc rapuisse, vt æqualis esset Deo magno & maiori. Et proinde volebant, quod Christus remansisset semper inferior Patri.*

Confirma-
tur predi-
ctam argu-
mentū iux-
ta Transyl-
uanos.

Cui argumento illud aliud, quod Transylvani coniciunt apud Belarminum vbi supra, possumus, pro confirmatione, subiungere. Argumentantur enim D. Paulum non dixisse quod Christus erat Deo Patri æqualis: sed tantum, quod non fuit arbitratus facere rapinam istiusmodi æqualitatis: ita vt cum Paulus dixit. *Non rapinā arbitratus est, esse se æquale Deo.* idem fuit atque si diceret: non arbitratus est facere rapinam diuinæ æqualitatis. Hoc autē sibi videntur conicere ex eo, quod postquā Paulus dixit: *Non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo.* subiunxit immediate aduerlatiuam quandam particulam & propositionem, dicendo: *Sed semetipsum exinanivit.* Quasi diceret. Tantum absuit quod cogitauerit Christus de Dei æqualitate rapienda, aut de obtinendo gradu eminentiori se, quod potius exinanivit seipsum. Aliās (inquit) si sic legamus: Christus merito se censuit æqualem Patri, sed semetipsum exinanivit: quis erit sensus?

2 2
Responde-
tur obiectio
ni iuxta D.
Chryost.

VERBA autem Chryostomi, pro solutione argumenti, talia sunt. *Quid hoc exēplo struit, ac molitur Paulus? Omnino, respondebis, Philippenses ad humilitatem adducere. Cur igitur, dic mihi, hoc in medium protulit? Nemo enim qui ad humilitatem cohortari velit, ita loquitur: esto humilis, ac minus magnificè de te senties, quam de æqualibus tuis, nam & Sosa cum seruus esset, non incubuit, neque seditionem mouit aduersus Dominum, illū igitur immitare. At quis non videt minimæ isthuc humilitatis esse: neque enim aliter fieri potuit, nisi de mens aut vecors fuisset. Discite quid sit animi humilitas vos, qui tumorem habetis diabolicum. Quid igitur animi humilitas est? humili a sentire: humili a autem sentit, non qui ex necessitate est humilis, sed qui seipsum humiliat.*

Plurima alia, lectu dignissima, ad idem cu-

mulat ipse Chryostomus: sed omnia illuc tendunt, vt ostendant Paulum non commēdasse Christum, de eo quod non fecerat, nec facere cogitauerat id, quod minime facere poterat: nam isto modo, ne vulgarem quidem hominē quisquam laudaret, nec venit laudandus aliquis quia principatum ad se minime pertineti minime rapuerit.

Vnde quæstionis & argumentationis nodus satis soluitur obseruando: quod sicut commendaretur egregiè quilibet Principum, dū enunciaretur de illo, quod etiam post exploratam legitimam sui regni ditionem, seipsum, ob suorum commodum, ita deiecit à gradu, quasi regnum illud per raptum occupauisset. Et quod, sicut commendaretur exacte humilitas omnis hominis, de quo spargeretur in vulgus, quod adhuc postquam plene sciuit se conditum fuisse à Deo, vt sublunaribus omnibus dominaretur; & naturam suam naturaliter reliquis sublunaribus præstare naturis, sese humi demisit, quasi minimum omnium: pariter consentaneè magnificatum fuisse Christum à B. Apostolo; dum de eo perhibuit, quod adhuc post satis cognitam omnimodam legitimamque æqualitatem cum Deo Patre, ita se deiecit, ac si per omnia omnibus inferior emerisset.

AD CONFIRMATIONEM respondetur: interpretationem illam esse deprauationem apertam sententiæ D. Pauli: quia Paulus eo præmisit: *Qui cum in forma Dei esset.* Vt pro ratione assignaret, quare Christus non poterat arbitrari rapinam se esse æqualem Deo. Vbi nullatenus dicit quod Christus non cogitauerit de illa æqualitate rapienda: sed quod arbitrari non potuit illam sibi furtiuè obtigisse, cum re ipsa esset in forma Dei, hoc est in essentia Dei. Quare quidquid sit de sensu illius particulæ *sed*, de qua initio capitis sequentis: adhuc propositio Pauli sensum, imo sensus perfectissimos reddit; vtique septem illos superius assignatos. Et adhuc propositio hæc: *Christus merito se censuit æqualem Patri: sed semetipsum exinanivit*, prout à Transylvanis cōficitur, perfectum sensum præstat: quia significat quod Christus, non obstante æqualitate cum Patre, vtique cum Deo Patre, exinanivit seipsum.

(.?.)



Mens Pau-
li in hoc ver-
bo.

2 3
Responde-
tur ad con-
firmationē.

SECUNDA PARS THE- MATIS, ET ASSUMPTI.

De mediis Christi, idest, de natura humana.

CAPVT PRIMVM.

24

Sensus ly
Sed in sa-
cris litteris
varius.



DE SECUNDA PARTE Thematis nostri, quæ ita habet. *Sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinē hominum factus: & habitu inuentus vt homo.* primitus aperendus est sensus huius primæ particulae *sed*. Varias enim vbique solet significationes subire. Frequentissimè enim est aduersatiua: vt Psal. 117. *Non moriar: sed vitā.* & Luc. 18. *Nemo lucernā accendit & in abscondito ponit, neque sub modio: sed super candelabrum.* Frequenter etiam est correctoria particula: vt Isaia 5. nu. 25. *In his omnibus nō est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta.* Idest. Non solū furor Dei ab incepto non desinit, sed denuo acuitur, stringiturque in eos. Et Marci 10. nu. 40. *Non est meū dare vobis: sed quibus paratum est à Patre meo.* Aliquando etiam rationē induit causalis: vt Ioannis 10. num. 8. *Omnes quotquot venerunt fures sunt & latrones: sed non audierunt eos oues.* Idest: quoniā fures & latrones erant, non audierunt eos oues, quarū est tantum audire legitimi pastoris vocem: iuxta quod ibidē nu. 5. de eisdē asseritur. *Alienū autē non sequuntur, sed fugiunt ab eo: quia nō nouerunt vocē alienorū.* Et cū Ioannis 16. n. 2. dixit ad discipulos Dominus. *Abseq; Synagogis facient vos: sed veni hora in qua omnis qui interficit vos arbitretur se obsequium prestare Deo.* Idest, ideo vos à Synagoga repellēt, quia venit tempus in quo pro bono & æquo putatur suspendium atque iugulum vestri.

Ex his autē acceptionibus, tã August. lib. 2. cōtra Maximinū Arrianū c. 5. quā Ambrosius super istū locū, cū cōmuni Latinorū interpretū clarissimaq; corona, malūt aduersatiam in præsentiarū seruire: vtpotē q̄ inter extreme opposita disūctāve cōstruitur. Vnde legitim⁹ sensus prædicti oraculi, iuxta Latinos, est: q̄ etiā si Christus esset æqualis Deo, non tamen propterea horruit exinanire seipsum. Et iuxta hāc explanationē procedūt omnes Patrū latinorū expositiones relatæ in capite præcedēti.

CHRYSOSTOMVS autē & reliqui pedissequi eius nolūt hāc particulā, *sed*, aliū quā correctoriū hic sensum sortiri: ita vt totius elogij is sit intellect⁹, q̄ cū Christ⁹ esset in forma Dei, adeo nō putauit rapinā æquare se Deo, vt potius nō dubitauerit dissimulasse suā diuinitatē, & depouisse quodammodo huius æqualitatis

insignia. Et certè si vniciq; in propria arte de ferendū est, oportet vt in Græco sermone Græcis deferamus: maximè quoniā prædictos non potuit latere vis huius Græcæ dictionis *Alla*, pro qua nos habemus, *sed*. Quamuis contextus ipse amplius fauere videtur Latinorū quā Græcorum sententiæ.

Possemus præterea dicere prædictā particulā, *sed*, in præsentiarū habere vim correctoria: siquidē, vt satis intulimus ex expositione Græcorū, ideo exinaniuit seipsum Christus Dominus, quia cū esset in forma Dei nō poterat arbitrari æqualitatē quā habebat cū Deo furtiuā esse, & perinde nec periculo expositā. Quo circa præstātissimum sensum elogio D. Pauli daremus, si vulgari sermone loquēdo vulgari hac intonarem phrasī. *La razon porque Christo pudo anonadarse tanto, fue porque sabia, era Dios, no à hurtadillas, ni con mala consciencia: y que ansi jugaua al seguro.*

Sententiā
authoris.

CAPVT SECVDNDVM



PERIENDVM illico est quid nā significet ly exinaniuit. Variæ enim huius vocis significantiæ in varios doctiores viros inuenerūt sensus. Ad hoc autē ediferendū, primo obseruādū est: q̄ cum verbum hoc, exinanio, cōpositū sit ab ex & ab inanio, id primæua sua significatione notabit q̄ euacuo, atq; etiā exhaurio: nā verbū hoc, inanio, idē est q̄ vacuo & haurio: ex quo illud Plinij lib. 21. c. 20. *Vescas inanit: Et epiphoris illimitur.* Vnde etiā illud Ciceronis 7. in Verrem. *Nox illa tota exinaniēda navi consumitur.* Hinc etiam vbi nos legimus Cāticorū 1. *Oleū effusum nomē tuum.* Septuaginta legunt. *Oleū exinaniū.* Idest exhaustum atque euacuatum.

Rursum obseruādū est cū Festo Pōpeio, q̄ cū olim esset ingens penuria papyri, cōfugiebant antiqui ad scirpos marinos & iuncos, & ex illis decorticabāt graciles & leuissimas telulas, vt ex illis arte cōpactis idoneas chartas ad scribendū construerent. Et quoniā telula istæ appellabantur, Inæ, inde detractū est hoc nomē, inanis, ad significandum ea quæ nullius pōderis, pretij aut momēti sunt: & hoc verbū, Inanio, ad significandū actionē extenuandi & pene in nihilum redigendi aliquid. Hinc illud Plinij lib. 20. cap. 3. *Herbacea arefacta per se inanit album.* Vtpotē quia non solum euacuat illū, verū & contrahit, indurat, exsiccat & arefacit. Vnde cum exinanire, sid idē quod ab intrinseco inanire aliquid: consequens fit quod

26
Quid nam
sit exinani-
re.

Locus ex
Cant. 1.

Antiquio-
rum papy-
rus quæ.

Vnde ly
inanis.

signifi-

Quid signi-
cet hic ly
Sed iuxta
Augus. &
Ambros.

25

Quid signi-
ficet ly Sed
hic iuxta
Chrysof.

significet idē quod rem aliquā quasi in nihilū agere, & pene in nihilum reddere: quod Hispane conuenientissimē dicitur *Anonadar*.

Et licet utrūque hoc significatū prædictū videatur in idem recidere: cum quod omnino euacuatur, & exhauritur, in nihilū, aut quasi in nihilum redigatur: propter quod ille dicitur euacuare vim difficultatis, qui omnē tollit & pellit difficultatē, ita vt nihil difficultatis relinquat: & ille dicitur exhaurire fontem, qui omnē omnino abducit à fonte liquorem. Nihilominus est multū discriminis inter illa: nam ly euacuare & etiam ly exhaurire, nō necessario denotant speciem aliquam extenuationis & quasi minorationis in ipsa re euacuata exhausta: sed satis est si significet plenam & exactam aliquā alicuius rei effusionem: vt patet in eo qui amici sui exhaurit non solū ad amorem viscera, sed etiam stomachū ad arcanorum scientiam: cū tamen ly exinanire, iuxta significationē secundā, mutuata & deriuata ab ina, necessario significet minorare, minuere, & pene ad nihilū reddere quodammodo aliquid.

CAPVT TERTIVM.



Is præuis, atq; præmissis, Dionysius Alexandrinus in epistola superius citata ad Paulū Samosatensem, intelligens per ly exinanire id ipsam quod exhaurire, & idē quod euacuare, docet quod tūc Christus Dominus exinanuit se, quando seipsum in cibum eucharisticū contulit: tunc enim exhausit se, cū tā diuinitatem quā etiam humanitatē, quibus sua persona cōposita cōsistebat, profuse donauit: vt eius carne aleremur, potaremur cruore, & diuinitate illius viuificaremur supernē. Quare paschalis agnus (qui epularū istarū gessit arcanā figurā) quod omnino voraretur, à capite vsq; ad pedes *Exo. 12. nu. 9.* præcipiebatur: idū dicitur. *Caput cum pedibus eius, & intestinis vorabitis.* In signum quod totus Christus, tā quo ad diuina (quæ rationē capit) forebāt in Christo) quā etiam humana, (quæ pedū sustinebāt rationē) sumēdus à fidelibus erat. Dionysio subscripsit Sanctus Methodius Martyr in Symposio decem virginum quantum ad aliqua explanationis prædictæ, licet non quantum ad omnia.

Alij ex Latinorū familia, qui etiā ly exinanuit, accipiunt pro eo quod est exhaurire, vt accipit Tertullianus lib. 5. cōtra Marcionē. c. 20. nu. 313. interpretantur huiusmodi exanitionē, de ipsa incarnatione Verbi diuini, qua tenus per eam Deus se exactē & plenē profudit atq; euacuauit in optimis, quæ poterat erogare, & ad extra producere. Incarnationis enim opus est omnium operū Dei, etiam possibilū, supremū: & non potest, nec mēte formari maioris amplitudinis donū dono isto: in quo substantialiter datur, personaliterq; continetur Deus ipse. Quare si, exinanire, idē est quod

exhaurire, congruē dici potest, quod exinanuit se Deus cū humanitati se cōsuis, atque hypostaticē vniuit. Sic enim exhaustit omnes largitionū potentissimarum abyssus. Quæ enim largitio maior largitione illa, quæ nō tantū potest, verū & arbore tradit: hoc est, quæ nō tantū Dei effectū ditissimū, qualis est sua humanitas, verū & ipsum Deū humanitate vestitū & redimitū donat? Hinc Pauli illud. *Rom. 8. nu. 32. Qui proprio filio suo nō pepercit: sed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo nō etiam cum illo omnia nobis donabit?*

Alii denique, quorū Augustinus est caput tomo. 3. lib. 7. de Trinit. c. 3. & tomo. 6. cōtra Epistolā Manichæi. c. 36. intelligētes quod ly exinanire significat in præsentia, idē quod inanire, hoc est minorare, & demittere ad nihilū: dicūt quod tūc Christus Dominus exinanuit se, quādo humanitatē assumpsit. Et meritō qui dē: quomā natura humana respectu Dei, pronihilo ducitur: iuxta illud *Psal. 38. Substantia mea tanquā nihilum ante te.* Et ne aliquis arbitretur solā magnitudinē Dei esse in causam cur humana natura foret vt nihilū ante Deū, sicuti propter hoc dicitur *Psal. 89. Mille anni ante oculos tuos tāquam dies hesternæ quæ præterit:* Et propter idē dicitur *Isaie. 40. Omnes gētes quasi non sint sic sunt coram eo: & quasi nihilum & inanereputatæ sunt ei.* Et *Sapientia. 11. nu. 23. Tanquam momentum statera, sic est ante te orbis terrarū:* Igitur ne aliquis arbitretur quod ob excellentiā solā, & præstantiā diuinam, & solū per cōparationem ad illam fuisset vocata, nihil, vel tanquā nihil natura humana: subiunxit idem *Psaltes* dicendo. *Verū tamen vniuersa vanitas omnis homo viuens:* hoc est: Proprium est & omnino germanū humanæ naturæ esse vanitatē ipsam & vniuersam. Vt enim ex *D. Gregorio, tā Titelmanus* quam noster *Genebrardus* obseruant: quæ admodū homo dicitur omnis creatura, quia cum inanimatis habet esse, cum plantis viuere ac vegetari, cum brutis appetere, sentire & moueri, & cū Angelis intelligere & velle: ita est vniuersa eorū vanitas. Quia cū inanimatis est obnoxius corruptelæ, calibus, iniurijs cœli, elementorum, locorū, temporū & accidentium corporalium: cū viuentibus est etiā obnoxius, instabilitati, & necessitati, accretionis, decretionis, nutritionis, corruptionis, mortis & interitus: Cū sentiētibus etiam subest infelicitati vniuersæ sensuū & sensibiliū affectionū, perpeccionū, ac tandē patibiliū qualitū creberrimæ mutationi: cum Angelis demū est etiā alternationi, volubilitati & mutabilitati cogitationum, voluntatū, studiorū, rationū & consiliorū additus. Et cū vanitas idem omnino sit quod inanitas, vacuitas & omnimoda leuitas, cōsequēs est quod si natura humana est vanitas ipsa, & vniuersa vanitas, quod sit etiā inanitas vniuersa: & proinde quod dū Verbū æternū humanitatē assumpsit exinanierit se, & in omni rigore verborum inanitatem acceperit.

27
Non idem euacuare q̄ exinanire.

Expositio Dyonisi Alex. de eo quod Christus exinanuit se.

28
Audi pro Eucharistia

Secunda expositio de inanitione Christi.

Audi pro incarnationis arcano.

29

August. expositio de inanitione Christi.

30

Cur dicatur homo vniuersa vanitas.

31

Quomodo Christus exinanuit se.

CAPVT QVARTVM.

Commendatur interpretationes capituli præcedentis: sed non vndiq; probantur.



VND licet prior interpretatio maxime faciendâ sit, propter auctores illius, & propter commendationem, quâ in cathalogo de scriptoribus Ecclesiasticis, tacit B. Hieron. de illa. Dyonisii Epistola: tamen literalè nec assequitur nec sequitur nostri Thematism mentem: siquidem D. Paulus in illo tanquam rem maxime disitam & alienam à Deo prædicat exinanitionem Christi: cum tamen largitiones vberrimæ non modo non dedecent, verû germanissimè deceant naturâ diuinâ. Quid enim germanius Deo vicinîusve quâ donare, & largas largissimâq; gratiæ donationes effundere? Et quo ditior gratia & vberior largitio, eo dignior Deo. Et propter idem, nõ potest nõ ire pessum interpretatio secunda: quoniam incarnationis mysterium, prout ibi concipitur, nihil humiliationis, deiectionisq;, vel etiam alicuius extremi Deo per extremum oppositi, aut quasi aduersi importat: cum tamè Paulus in præsentî elogio producat Christum translatum fuisse aut quasi traductum (iuxta quod dici solet) de extremo ad extremum: utiq; de ostentu & specie æqualitatis quâ per naturam habet ab æterno cû Patre, ad ostensionem & specimen conditionis seruilis, secundum quam non solû est minor Patre, sed etiam minoratus ab Angelis. Non enim quia tanta dedit, sed quia tale accepit exinaniuit se.

Et sanè conuenientissimum erat, ad hoc vt elogium Pauli extrema omnia concuteret, & antithesis eius consonam perfectionem seruaret: vt quâ suprema erat illa diuina forma, in qua cû esset Christus nõ poterat non se cognoscere æqualè naturaliter Patri, tam infima foret forma illa, ad quam, dum se exinaniuit, descenderet, vt exacta & plena esset hic contrapositio, & illius particulæ, sed, cõsumata ad uersatio, vel saltem correctio. Qualis proculdubio est in assumptione hypostatica humanæ naturæ: quoniam cum sit omnis vanitas (ad sensum, prædictum) non potest nõ esse opposita illi plenitudini essendi, præ omnibus quæ nunc sunt, aut esse quandoq; poterunt.

QUOD si obiicias sequi ex his, naturam humanam non posse habere rationem mediæ respectu extremorum crucis: sed esse infimum crucis extremum: cum sit per extremum distans à sublimitate crucis, hoc est à natura diuina. Quod tamen est contra ea quæ, tanquam ex mente Pauli ad Ephesios. 3. prædiximus in ingressu tractatus. Respondetur, quod licet natura humana in genere aliquo sit omnibus creatis naturis inanior: & proinde remotior illo in genere à natura diuina præ reliquis creatis naturis: quia tamen aliquot humanæ naturæ passiones, cõditiones, perpassiones, morsus, laniatus & ictus, quæ Christus in cruce subiit,

miserabiliores, iuxta ac vilioris sunt ipsa natura humana: ideo natura mediæ, passiones vero infimum in mysterio crucis locum obseruat.

Et merito naturam humanam D. Paulus ad Ephes. 3. non solum collocauit vt mediæ mysterij crucis, sed vltra hoc designauit illam per longitudinem & latitudinem, dicendo: *Vt possitis comprehendere, quæ sit latitudo & longitudo.* Quia præterquam quod tantum natura nostra naturaliter studet longitudini vitæ, & amplitudini status: deposita, ne dicam despecta sublimiorum & profundorum, hoc est supernorum & infernorum memoria: cõsonat verû hoc vero illo, quo, quasi per hieroglyphicū, natura designatur humana inis paulò supra relatis: hoc est, telulis tenuissimis atq; leuissimis iūci, quæ nihil profunditatis, sed latitudinis tantum atq; longitudinis retinent, vel retinere possunt. Quod si natura humana ina, aut quasi ina est: merito dum verbum æternū illam hypostaticè assumpsit, dicitur quod inanuit, aut quod exinaniuit sese. Sed progrediamur ad reliqua huius mediæ.

CAPVT QVINTVM.

Formam serui accipiens.



IN EXPLANATIONEM huius particulæ, quasi mutuo se se impetunt Ambrosius & Chrysostomus. Ambrosius enim super ad Ephes. 2. vt eam explicet inquit. *Serui formam accepisse dicitur: dum quasi peccator humiliatur. Serui autem ex peccato sunt, sicut Cham filius Noe, qui primus merito nomen serui accepit. Non enim mihi, sicut quibusdam, videtur sic formam serui accepisse, dū homo natus est. Vide enim quid dicat, hoc sentite in vobis, quod in Christo Iesu: id est, Deo & homine. Ante incarnationem enim aut Christus potest dici, aut Iesus: quia simul ambo nomina & hominis filium, & Dei filium significant. Nā ante natiuitatem quid dicit inter cetera. (scilicet Paulus 1. Cor. 10.) Petra autem erat Christus: & nõ tētemus Christum, sicut quidam eorū tētauerūt. Vbi ergo aut Deū aut hominē vult significare Scriptura, vnū è duobus ponit, aut Iesum, aut Christum. Quasi diceret: cū dicat Apostolus, quod Christus Iesus accepit formam serui: necessum est intelligamus huiusmodi formam serui non esse naturam humanam: quia iam hæc assumpta præsupponitur in eo quod Christus nõ solum vocatur Christus in præsentî loco, aut solum Iesus: sed simul, Christus Iesus.*

His subiungere possumus, quod, cum Christus, etiam in quantum homo, sit filius Dei naturalis per gratiam vnionis, iuxta quæ Theologi cum D. Thoma constituunt. 3. p. q. 23. art. 4. consequens videtur esse, vt illi repugnet forma substantialis seruitutis: cum, qui substantialiter est filius alicuius, repugnat quod vi suæ formæ sit vere seruus eius.

Cur natura humana designata fuerit per longitudinem & latitudinem crucis Christi.

32

Eximius Christi transitus.

Natura humana quanti à diuina distet.

33

Obijcitur contra prædicta.

Respondetur obiectioni.

34

Quid sit accepisse Christum formam serui.

Sententia Ambrosii de hoc.

35
Sententia
Chryso-
sti ex ad-
uerso.

Chryostomus autem pro existimatione cō-
traria, ita disceptat, sermone. 7. super 2. caput
ad Philippenles. Operæpretium est frigidam &
ridiculam illorum interpretationem animaduerte-
re. Formam, inquit, serui accepit, cum linteo cir-
cumcinctus discipulorum pedes lauit. Hoc cōne for-
ma serui est: nequam forma serui est, sed opus
serui. Aliud verò est opus serui esse ac formam
serui accipere: cur enim non ita dixit opus ser-
ui fecit: quod multo manifestius erat? Nusquam
omnino in Scriptura nomē formæ, pro opere est vsur-
patum. Magna enim inter hæc differentia interce-
dit: nam alterum quidem natura est, alterum vero
functionis muneris, atque operationis. Nec vero vi-
quam in ipsa etiam vsu loquendi formam pro ope-
re sumimus.

Potest que hoc iuuari ex eo quod ad expli-
candum Paulus seruilem formam, quam susce-
pit Christus, subiunxit immediate. In similitu-
dinem hominum factus. Constat autem simili-
tudinem hæc illi obtigisse per solam assump-
tionem humanæ naturæ: & proinde seruitu-
dinem eius, non in exercitiis actibus, sed in na-
tura addicta illorum exercitio consistere.

CAPVT SEXTVM.



ISSIDIVM hoc vtrinq; graue
& implexum est. Nam si Chri-
stus Dominus non alio seruitu-
tem contraxit nisi quod huma-
nam naturā hypostaticè assump-
psit, consequens est quod Christus heri & hō-
die & vsque in sæcula dicatur seruus & sit: vt
pote semper affectus eadem seruitutinis for-
ma. Hoc autē vel ipsi Chrysofost. apertè repug-
nat: quoniam homilia. 13. super Episto. ad Heb.
dicit, Christū fuisse seruū & ministrū: nunc
vero iam non esse: quia serui nō est federe, sed
stare. Præter quam quod Conciliū Franco-
fordiense, id ipsum quod Ioannes Chryso-
stomus apertissime statuit: & Adrianus primus
Epistola ad Episcopos Hispaniæ, post me-
dium, vehementer inuehitur in eos, qui Chri-
stum seruū appellat: & Magnus Athanasius
sermone. 3. cōtra Arrianos dicit, quod interdū
Christus appellatur seruus, sed non appellatione
veritatis, sed figuræ: & Ioannes Damascenus
lib. 3. de fide. cap. 21. ita inquit: *Quamuis na-
tura humana secundum se considerata serua sit: at
cum simul personaliter vnita sit verbo, quomodo
iam in seruilem classē redigetur? Quæ saltem in-
telligenda veniunt de substantiali & naturali
seruitute: quando quidem seruitutem illā, quæ
in famulatu seruili cōsistit, nullus vnquam po-
tuit denegare Christo: siquidem sucinxit se,
& pedes discipulorum genibus flexis lauit, &
vapulauit vt seruus, ac tandē crucem sustinuit.*

Confirmatur que hoc primū autoritate
& ratione Tertulliani (si modo Tertulliani, &
non potius Nouitiani est liber ille inscriptus
de Trinitate, qui in Tertulliani operibus sem-
per inseritur) lib. de Trinit. c. 17. hoc tenore
scribentis. *Si homo tantum modo natus fuisset, per*

hoc exinanitus non esset: homo enim nascens augetur, non exinanitur. Nā dum incipit esse quod cum non esset, habere non potuit, vt diximus non exinanitur, sed potius augetur atque ditatur. Ac si Christus exinanitur in eo quod nascitur, formam serui accipiendo, quomodo homo tantummodo est? de quo verius dictum fuisset locupletatum illum esse tunc cum nasceretur, non exinanitum. Exinanit se, dñi ad iniurias contumeliasque descendit, dum audit in fanda, experitur indigna.

Confirmari iterū id ipsum potest ex eo qd Conciliū Francofordiense atq; Adrianus Papa omnino repugnāt, vbi supra, illis qui cōcedunt Christū esse, aut dici posse filiū adopti-
uū Dei. Et id ipsū execratur Theologorū mul-
ti apud S. Tho. 3. p. q. 23. art. 4. Cū igitur ini-
quior sit conditio serui per naturā quā filii ado-
ptiui: sequitur lōge magis repugnare Christo
substantialē rationē serui per naturā huma-
nā, quā rationē filij adoptiui: & proinde ser-
uitudinē Christi, non in natura suscepta, sed in
operationibus tantum, iuxta primam senten-
tiam, consistere.

EX ALIA vero parte, si Christus Dominus
diceretur seruus, tantum propter seruitutinis
opera, vt vult prima sententia, ægrè saluaretur
quod suscepisset formā serui, cū ratio formæ
nunquam adaptetur operibus. Aegriusq; sal-
uaretur formā illam suscepisse per hoc, quod
in similitudinem est hominum factus. Claret
enim homines talia, qualia Christus impendit,
humiliationis opera non impendisse, sed neque
impendere posse. Non enim in illis
vllis hominū se assimilauit Christus, sed poti⁹
supergressus fuit, superiorq; euasit omnibus.

Præter quā quod cum literæ sacræ, sanctiq;
Patres non semel sed frequētissime ore pleno
vocitēt Christū Dominū, seruū Dei, conuin-
citur quod non tantū ob opera, quæ breui ex-
ciderūt: sed propter naturā ipsam, æternò per-
māsurā in illo, rationem serui sustentat. Ita
enim. 49. ita in persona Patris ad Christū Do-
minū dicitur. *Parum est vt sis mihi seruus?* Isai.
42. *Ecce seruus meus, suscipiam eum.* Zacharia.
3. *Adducam seruum meum orientem:* & Ioanni.
20. *Ascendo ad Patrem meum & Patrem vestrū,
Deum meum & Deum vestrum:* Quod perinde
est, ac Patrē vocasse Dominū, iuxta Hilariū
lib. 11. de Trinitate, & iuxta Conciliū Ephen-
sinū epistola ad Nestoriū. Augu. præterea lib.
vnico, de vnitatē Ecclesiæ. c. 7. Origenes. 1. to-
mo in Ioannē, Gregorius Nazian. oratione. 2.
de filio, & ipse Ambro. in Psal. 35. & palsim
Doctores omnes prædicāt Christū esse vi cō-
ditionis humanæ, seruū Dei.

IMO & ita prædicandū esse conuincit ratio
illa vrgens qua D. Tho. 3. p. q. 20. ar. 1. cōpro-
bat, Christū Dñm fuisse, propter humanitatē,
subiectū Patri æterno: quia scilicet, cuiuslibet
habētī aliquā naturā, cōueniunt ea quæ sunt
ppria illi naturæ. Natura autē humana ex sui
cōditione habet triplicē subiectionē ad Deū.
Vnam quidem secundum gradum bonitatis,

Confirma-
tur idem ex
Concil. &
Patribus.

38

Arguitur
formam ser-
ui à Christo
acceptam
fuisse aliud
à seruitu-
dinis acti-
bus.

Confirma-
tur idem.

Christus sa-
pe dicitur
seruus Dei.

39

36
Arguitur
formam ser-
ui à Christo
acceptam
fuisse serui-
lia opera.

Christo quo-
modo ser-
uus.

37
Confirma-
tur id ex
Nouitiano

Quare Christo conueniat esse seruum Dei.

prout scilicet diuina natura est ipsa essentia bonitatis, natura autem creata habet quandam participationem diuinæ bonitatis, quasi radijs illius bonitatis subiecta. Secundo, humana natura subijcitur Deo, quantum ad Dei potestatem, prout scilicet, sicut quælibet natura creata, subiacet operationi diuinæ dispositionis. Tertio modo specialiter humana natura Deo subijcitur, quantum ad proprium suum actum: in quantum scilicet propria voluntate obedit mandatis eius. Et hanc triplicem subiectionem ad Patrem Christus de se ipso confitetur. Primam quidem Matth. 19. quid me interrogas de bono: vnus est bonus Deus: id est bonus per essentiam, à quo pendent reliqua bona. Secunda etiam subiectione Christo attribuitur, in quantum omnia, quæ circa humanitatem Christi acta sunt, diuina dispositione gesta creduntur: & hæc est subiectione seruitutis, secundum quod omnis creatura Deo seruit, eius ordinationi subiecta, secundum illud Sapientia. 16. Creatura tibi factori deseruiens. Et secundum hoc etiam filius Dei Philip. 2. dicitur, formam serui accepisse. Tertiam etiam subiectionem attribuit sibi ipsi Ioan. 8. dicens: Quæ placita sunt ei facio semper. Et hæc est subiectione obedientia Patris usque ad mortem. Unde dicitur Philippen. 2. quod factus est obediens Patri usque ad mortem. Non ergo desiteri possumus, aut aliquo modo ambigere Christum Dominum seruitutem & formam serui accepisse, ex quo humanitatem sibi hypostaticè conglutinauit.

Conciliatur dissidium.

CAPVT SEPTIMUM.

40

Quid Paulus hic intellexit per formam serui.



TAVTEM in concordiam fiat discordia præfens, duo breuiter pronuntiare, sub omni censura, constituo. Primum est, Paulum hic, per formam serui, humanam subintellexisse naturam, cum omnibus conditionibus illis, quas natura humana serua & humillima fert, peccato excepto. Hoc mihi conijcio ex eo, quod D. Paulus, in præfentiarum, non tantum explicuit hanc formam serui, quam Christus suscepit, per assumptionem ipsius humanæ nature, sed etiam per exercitium humillimæ seruitutis. Non enim tantum dixit, quod in hominum est similitudinem factus: sed etiam subiunxit, quod fuit Deo Patri subiectus usque ad mortem crucis. Et hanc bipartitam obseruationem nostram corroborat bipartita illa Ambrosii, Chrysostomi, hætenus explicata, sententia: ex duplici enim positione illa utraque huius nostræ positionis pars fulcitur completè. Et ita Christus fuit seruus tam ratione formæ, quam ratione effectuum.

Quotuplex seruitus.

Secundum est seruitutem in communi sumptam, necessario distinguendam esse in seruitutem politicam & in naturalem. Illa est, quæ iure civili inducitur ob aliqua mancipiorum demerita. Ista autem quæ iure naturæ

constringit hominem ad obsequium & officium præstandum superioribus & maioribus nostris. Et his positis,

Dico quod Christus Dominus priorem seruitudinem nunquam contraxit quantum ad rem & ad meritum, cum nullum peccatum habuerit: propter quod dixit Leo Papa sermone secundo de natiuitate. *Assumpsit formam serui sine conditione serui.* Contraxit nihilominus illam quantum ad speciem & similitudinem: quia cum iniquis reputatus est: & ut inquit Paulus ad Rom. 8. *Venit in similitudinem carnis peccati:* ut pote quia videbatur, licet non esset, peccator. Et quoniam speciem hanc repulit ex quo surrexit à mortuis: ideo Concilium Francofor. & reliqui citati pro priori sententia affirmant quod Christus modo seruilem conditionem non retinet: illam videlicet, quam solum quantum ad speciem, & non quantum ad rem, retinebat antea.

Dico iterum. Eundem Christum Dominum, secundam, quæ per naturam est, realiter contraxisse, retinuisse, & semper retinere seruitutem: propter rationes paulo ante ex D. Th. productas. Neque hoc genus seruitutis pugnat cum filiatione naturali illa, quæ est in Christo per gratiam vnionis: quoniam natura humana ex quo donationis & gratiæ capax est, conuincitur quod inferior sit Deo: & proinde subiecta, atque seruiens illi. Et per hoc patet ad obiecta omnia: etiam ad illud quod ex Ambrosio, initio Dubii retulimus: quia scilicet Christus prout Deus erat immediate assumpsit formam serui, sumendo naturam humanam: & postquam factus est homo assumpsit formam civilis ac vilis seruitutis, dum speciem peccatoris assumpsit, & ut peccator & raptor, quæ non rapuit exsoluit.

CAPVT OCTAVVM.

In similitudinem hominum factus.



Hoc sequitur. Et hoc turbulenta poterat excitare questiones, de veritate humanitatis Christi: quæ astrui non videtur à Paulo in præfenti elogio; sed quodammodo destrui; ut inquit Marcionistæ: siquidem non asseuerat, quod Christus factus sit homo: sed quod factus fuerit in similitudinem hominum. Veruntamen hoc litigium facile rescinditur, eo quod, ut Theophylactus, super ipsum locum obleruat. *Dominus non omnia nostra habebat, sed quadam non habebat: veluti quod non natus esset ex concubitu, quod peccatum non fecerit. Non erat autem solummodo quod apparebat & videbatur, verum etiam Deus: nec erat nudus homo: propterea, inquit in similitudinem hominum. Nos enim animam & corpus habemus, is autem animam & corpus habet, & Deus est. Potius in similitudine dicit. Nam cum dicat in similitudine carnis peccati, non hoc dicit quod carnem non habuerit, verum quod caro illa*

41
Christus quo pacto non seruus.

Christus quo pacto semper seruus.

42

Cur dicatur Christus in similitudinem hominum factus: non autem quod sit factus homo.

non pec-

nō peccarit, sed similis erat peccatrici, secundū naturam, non secundū malitiam. Quemadmodum igitur illic simile est, eo quod non omnia sint equalia: sic & hic similitudinem dicit, quod non sit natus ex concubitu, & quia in eum nō cadat peccatum, & quod non sit nudus homo.

Similitudo non opponitur veritati.

Præterquam quod Iy in similitudinem, nō excludit veritatem: sicut patet Genes. 5. cum dicitur quod Adam genuit filium ad imaginē & similitudinem suam. Adde quod cum loquebatur Paulus de serui forma quā Christus propter nos accepit, cōmodius explicauit illam per hoc quod retulit, factum fuisse Christum in similitudinem hominum; quam si absolute dixisset, factū fuisse hominem: quia hoc quod est fieri aut dari in similitudinem hominum, quandam despectionem atque deiectionem importat, immo importat maximam durissimamque despectionem: iuxta illud Psal. 43. *Posuisti nos in similitudinem gentibus: commotionem capitis in populis.* hoc est: fecisti nos dicerium, fabulam, rumorem, despectumq; & iocum populorum gentium.

Explicatur versiculus Psal. 43.

43

Obiectio Marcionistarum.

Idem omnino litigium discutiendum foret propter verbum sequens, quod ait: *Et habitum inuentus ut homo*: ni ex præcedentis dubij solutione maneret recisum. Sane iidem Marcionistæ huiusmodi locum obiectabant ut probarent ex illo Christum non esse nec fuisse hominem secundum rem, sed tantum secundum speciem: quia habitu esse hominem, non est esse hominem, sed videri. Maximè quod ubi nos legimus: *Et habitum inuentus ut homo*: Græci legunt, ut legit Theophyl. *Figura inuentus ut homo*: Constat autem figuram extimum quid esse, & referre tantum speciem externam atq; patentem rerum.

44.

Elucitur obiectio.

Veruntamen, ut Theophylactus eo loci obseruat, particula, *Ut*, non minus veritatem importat, quam importauit particula, *In similitudinem*: Quia cum D. Ioan. cap. 1. inquit. *Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre*: per Iy, *tanquam*, veritatem explicuit, non vero similitudinē. Propter quod sensus illius verbi is tantum est: vidimus gloriam tãquam vnigeniti à Patre: hoc est, qualem decet habere vnigenitum Patris. Et quidem consuetum est in lacris literis, uti huiusmodi vocibus redolentibus similitudinem, ad significandã proprietatem & veritatē: iuxta quæ Ambrosius Epistola. 47. Chrystost. hom. 15. in Ioan. August. in Psal. 125. Gregorius lib. 18. moral. c. 4. & alii passim expēdunt: & videri potest, saltem in Ezechielis illo. cap. 33. nu. 31. *Sic ingreditur populus meus ad te quasi ingrederetur populus*: Hoc est, ingreditur ut populus, vere populus, ingredi debet. Et vulgari sermone, ad commendandum aliquem Regem quod maximo splendidissimoque comitatu procedit in publicū, dicimus quod incedit ut Rex. Et ad extolendum opus alicuius laudatissimi viri, dicimus quod segecit in illo tanquã studiosus vir.

Scripturæ phrasis.

Ad id autem quod obicitur de figura, respō-

detur cū Theophylacto & Caietano hic, quod cōsulto Paulus postquam præmiserat, Christum Dominum factum fuisse in similitudine hominum, subiunxit, inuentum fuisse in figura hominis: quia cū similitudo referatur ad animam, figura vero ad corpus (quia corporis tantum est figurari) adæquatè, D. Paulus constituit in Christo Dominò rationem integram hominis, hoc est corpus & animam.

Et licet D. Paulus non dicat quod factus Christus Dominus est in figuram vel habitum hominis: sed tantum quod est inuentus: nō perinde inuenit, sed potius notabiliter auget veritatem assertionis catholicæ de realitate corporis ipsius Domini. Nam præterquam quod ut hic notat Adamus, *Illud inuenit, Hebraicum habet: Latine dixisset habitum fuit aut exiit ut homo.* Phrasis hæc frequens est Paulo: *hic iam queritur inter dispensatores, ut fidelis quis inueniatur.* Rursus in eadem Epistola: *inuenimur autē & falsi testes Dei.* Rursus in Epistola ad Galat. *inuenti sumus & ipsi peccatores: id est existimus.* Ad hæc, ut Caietanus obseruat, *Quod dicit, inuentus, experientiam significat corporalium actionum & passionum, comedendi, bibendi, laborandi, patienti, & huiusmodi.* Ex quo sequitur quod Iy, *inuentus*, non solum significet Christum reapse fuisse hominem, sed multis experimentis id ipsum patuisse. Quare sensus legitimus est: quod Christus humilitatem illam non tantum suscipere, sed & plane ostendere, & profiteri non fuit dedignatus.

Et quidem non leue est humilitatis gestamen, vel etiã insigne, quod Christus fuerit nō solum in re, sed etiã in specie homo: cum cōstet hominem esse tantis deformatum atque delibutum conuitijs: ut (quod notat Bernardus) dicturus coram Christo Centurio quod sub se haberet milites suæ directioni parentes, præmisit se esse hominem: dicendo Matth. 8. *Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites*: Ut miseria hominis ante omnia præmissa producendum postea magnitudinem dignitatemque temperaret, & propositionem tumentem humili deprimeret atque corripere nota. Et propter idem (authore Tertulliano in Apologetico. cap. 33.) triū phati Imperatori à tergo suggerebatur *Memento te esse hominem.* Intemerata ergo & extralitem omnem omnis hæc veritas sit, quod Christus Dominus formam accepit serui: hoc est, quod naturam humanam hypostatice induit: & eam plane ostendit: atque experimento multorum id ipsum comprobauit. Hæc de his quæ median in mysterio crucis sortem fortiantur.

45

Quare dicitur Christus figura inuentus ut homo.

46

Ingens humilitas Christi.

Infima nimium est humana conditio.



P A R S T E R T I A.
DE TERTIA PARTE THEMATIS
ET ASSUMPTI.

De imis Christi Domini: utique de morte illius.

CAPVT PRIMVM.



MYSTERII crucis infima, ignobilia, ac tandē ingloria superest vt proponamus: & pro virili explicemus in tercia & vltima parte The-
matis nostri: quæ ait. *Humiliavit semetipsum factus obediens vsque ad*

mortem: mortem autem crucis.

Recte Christi Domini humilitas à centro & profundo crucis & ab imo proponitur: quia, & humilitas est omnis structuræ cœlestis fundamentū primariū: vt pote euacuās, expediēs, atque diuoluēs impedimenta gratiæ ad omnē omnis gratiæ profluum, & influxum supernum: iuxta quæ D. Tho. 2. 2. q. 161. art. 5. solutione ad secundū conijcit tam ex Patribus, quam ex illo Iacobi. 4. *Deus superbis resistit: humilibus autem dat gratiā.* Et sola humilitas Christi poterat tantæ cruci expedire subfella, & fundamenta euacuare.

Quo circa sicut Augustinus sermone. 10. de verbis Domini hortatur: *Cogitas magnam fabricam construere celsitudinis; de fundamento prius cogita humilitatis:* sic Paulus cogitans magnam fabricā: ingentemque magnæ crucis erigere molem; de fundamento humilitatis prius cogitauit, dicendo. *Humiliavit semetipsum.*

Maecte in eo quod humilitatē prædicat in Christo, & de Christo, eximiū & supra captū hominū verbū & sermonē effatur. Si enim vt Chrysostomus notat homilia de incōprehensibili Dei natura, exponens illud quod dicitur Luca. 18. de Phariseo & publicano. *Si mixta delictis humilitas tam facile currit, vt iustitiam superbiæ coniunctam transeat: si iustitiæ cōiunxeris eā, quò nō ibit?* Quid si iustitiæ essentiali, quid si sanctitati ipsi, nimirū ipsimet Deo & verbo Dei illā cōiūgerem, vt verbū ipsum cōiūxit?

Si vt Gregorius inquit. 27. moral. *Saltat Dauid, vt ex humilitate solidet fortia quæ antegessit. Ego ipsum magis stupeo saltantē, quā pugnantem: pugnantem enim hostes, saltans se ipsum vicit:* Quid ego nō magis magisq; stupere affirmabo humilitatē, quā omnipotentiam Dei: cū hæc creaturas tantū, illa vero Creatorē deuicerit?

Imò vero nō ego primus stupeo huiusmodi re: sed post B. August. aientē, in sermone de superbia. *O sancta venerabilisq; humilitas! Tu Dei filiū descēdere fecisti in vterū Virginis. Tu eū feci*

*si inuolui vilibus pannis, vt nos indueret virtutiū ornāmētis. Tu eum circūcidisti in carne, vt nos circūcideret in mēte: tu eū corporaliter flagellasti, vt nos à flagello peccati liberaret. Tu eū coronasti spinis vt nos coronaret suis æternis rosis: tu eū infirmari fecisti, qui me dicit cūctorū erat, solo verbo sanans omnia. Si vt dixit sacratissima Virgo Luc. 1. Quia respexit humilitatē ancilla suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicēt omnes generationes. Vt pote quod cōspectus diuinus viliora proiectaq; in beatitudinis speciē & splendorē substollit: quid de humilitate ipsa personandū est in præsentia; postquā Deus ipse, nō solū præfixit oculos verū & se totū in ea? Ideo cōuenienter Apostolus, notatēq; dixit de Christo quod *Semet ipsum humiliavit.* Hoc est quod se ipsum deiecit, & humilitati tradidit.*

Sane, humiliare aliū, etiā rebellē & infensum Deo, noxiū & nociuū reipublice, humilitas nō est: sed potestas. Quare de ipso Deo, antequā deieceret se & humilitatē subiret, proclamātū est Psal. 88. *Tu humiliasti sicut vulneratū superbum:* Imò & de peccato dicitur: qd suū architectū humiliat: vt obseruat Patres super illud Psal. 118. *Priusquā humiliarer ego deliqui: propterea eloquiū tuū custodiui.* Rursum, humiliare sua adhuc nō tā humilitas quā vel magnanimitas, vrbānitas, vel quid simile est. Ex his virtutib; siquidē, vel etiā ex superbiæ fastu, sepe sapius cōtingit qd homines, nō verbo tenus, sed corde & opere sua pro despectis habeāt, & pro nihilo putēt: vt sanctē Sanctus ille putabat quādo Psal. 72. dicebat. *Quid enim mihi est in cœlo: & à te quid volui super terram?* Quare humiliare se, sola est atq; vnica humilitas. Se inquā: nō aliena nec sua solū. Propter hoc enim quotiēs de humilitate sermo instituitur, ly se, nūquā subiticitur. Vt Matth. 18. *Quicūq; humiliauerit se sicut paruulus iste: hic est maior in regno cœlorū:* & cap. 23. *Omnis qui se humiliat exaltabitur:* Et idē eodē modo habetur Luc. 14. Quia tamē humilitas Christi pressius adhebat illi, & intimius eū quā reliquæ penetrabat: noluit D. Paul. asserere, qd de aliis asseritur: nimirū, qd humiliavit se: sed, vt abūdantius integrā intimāque suimet traditionē exprimeret quā humilitati dederat, dixit, quod semetipsum humiliavit: non tantum se, sed etiam semetipsum.

Si igitur (vt vnde digressa est nostra reuertatur oratio) quia respexit Deus humilitatē ancillæ suæ; tantū veræ laudis cōsecuta est: quid ob humilitatē quā Christus nō solū respexit, sed intra se affixit, & indelebiter pressit pro merebitur acclamationis & laudis?

Humilitatis stupenda facinora.

49
Quæ vera humilitas.

47

Humilitatis munia.

Audi pro humilitate instorum.

48

Robustissima humilitas.

CAPVT SECVNDVM.

50
Ex humili-
tate Christi
colligitur
diuinitas
eius.



ERVVM quidquid sit de hoc: de quo D. Paulus aliqua in præsentiarum libauit, ita dicendo: *Propter quod, & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomē: vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur quia Dominus Iesus in gloria est Dei Patris.* Illos saltē nos ex humilitate Christi prouentus portamus, quod cum Marcionistæ negent Christi æqualitatem cum Patre, propterea quod Deo Patri ipse Christus obediit: ex humilitate ista nos contra aduersarios istos arma fortissima fumimus. Vt enim D. Chryl. & Theophyla. expēdunt isto loci: per hoc quod dicitur Christū humiliasse seipsum, indicitur quod nō inuitus (vt mentiebatur Marcion) sed quod spontaneus & promptus obsecundauit Deo ob gloriā Dei: & proinde quod genuinum aterni Patris se filiū esse monstrauerit: quia genuini filij dumtaxat est, Patrem ita impente & inclyte honorare.

Præterquam quod cum hæc humilitas contigerit Christo Dño post humanitatē assumptā, secundū quam minor est atq; inferior Patre: optime potuit & debuit obtēperare illi: illa & per omnia integra æqualitate priori. In quo sensū militat illa Caietani ad propositū hoc notabilis consideratio. *In hoc, (inquit Caietanus) quod Deus factus est homo, Deus filius Patrem non solum existi mauit, sed fecit maiorem se, faciendo se minorem.*

51
Cur Arist.
de humilitate
nihil deservit
vsquam.

NON explicat hic D. Paulus cui nam humiliavit se Christus: sed manet explicatum ex eo, quod vt D. Thomas cōstituit. 2. 2. quæst. 161. ar. 1. ad. 3. & quæst. 162. art. 2. in corpore, humilitas præcipuē importat hominis subiectionē ad Deum. Propter quod Aristoteles dū de virtutibus omnibus sermonē protraxit in secūdo Ethicorū, nullū de humilitate, nec verbum aut mentionem inseruit: quia (vt vbi supra D. Thomas obseruat) Arist. non considerauit de virtutibus per respectum ad Deum, sed per respectum & ordinem ad vitam ciuile. Et constat quod ablato fine & ratione finis, auferuntur omnia quæ propter finē & ad finē sunt. Et proinde constabit Christum se humiliasse Patri aternō.

Maximē quod reliqua à Deo ipsius Christi Domini ditioni subiecta sunt: dicente Patre Psal. 2. *Postula a me & dabo tibi gentes hereditatem tuam & possessionem tuam terminos terræ:* Et Paulo. 1. Cor. 3. *Omnia vestra sunt; vos autē Christi, Christus autē Dei.* Et ideo omnia Christo humilitatem debent atq; subiectionē impendere: & soli Deo debuit incarnatus Christus humilitatis obsequium.

52
Quot modis
se humiliavit
Christus

Et ne somniaret aliquis, hanc humilitatē, qua Christus se Deo Patri subiecit, quasi titularē ac de solo nomine fuisse, nō autē de re &

ad rem, vel ad res serias & duras: subiūxit dicēdo. *Factus est obediens vsque ad mortē: Sane iuxta D. Tho. 3. p. q. 49. art. 6. & q. 53. art. 1. & q. 54. art. 2. & q. 59. art. 2. & 6.* Christus humiliavit se quadrupliciter: scilicet ad passionē & mortem: ad sepulchrum & infernū: ad confusionē & opprobria: & etiā sub hominibus: & ideo quadrupliciter meruit exaltari: scilicet per resurrectionem, ascensionem, sessionē ad dexteram Patris cum manifestatione diuinitatis eius, & per iudiciariam potestatem.

Quinimo, vt licet conijcere ex literis sacris, tota humanitatis Christi structura & fabrica ad obediētiae obsequiū elaborata est. Psal. enim. 39. in persona Christi dicitur. *Sacrificium & oblationē noluisti, aures autem perfecisti mihi:* Seu vt Hebræa habent: *Aures autē perforasti mihi,* à verbo. *carach:* quod primò significat idē quod fodit, incidit, aperuit. Iuxta quā significantiā Hieronymus ex Hebræo verit: *Aures fodisti mihi.* Secundario etiā significat prædictum verbum idē quod, ordinauit, disposuit, parauit, vel apparauit: iuxta quod significatū habet cōmunis lectio: *Aures perfecisti mihi.* Sed vtro modo legatur, in idem omnino recidit: quoniā sensus est, Christū accepisse diuinitus, vt docilis, promptus & obsequens esset ad audiendū, & opere persoluendū quidquid diuinitus illi iniunctum esset.

Vnde Chaldeus Paraph, sic habet. *Aures autē ad auscultanda præcepta tua formasti mihi:* Et secundū hanc expositionē (inquit Titelmānus) idē videtur esse aurium perforsio, quod aurium perfectio. Spiritualiter enim aures apertas habent, vel incisās, vel perforsas, qui diuinæ voci eas habēt semper patētes, vt possit ipsa intus introire ad intima humani cordis. Quemadmodū e cōtrario, clauas aures intelligimus habere spiritualiter, eos quorum auditus non est apertus ad suscipiendū interius Dei sermones. Vnde & incircuncisā apud Hierem. dicuntur aures obstinatorum in præuaricatione sua, quasi nō incisæ, vel non perforsæ ad suscipiendū sermones Dei.

PER aures autem perforsas vel perfectas tota humanitas Christi aptē cōcinnata ad Dei obsequia præstāda, subintellecta est: vt figuræ synecdoche; in qua pars pro toto vsurpatur. Quare vbi legimus nos. *Aures perfecisti, vel perforasti mihi:* septuaginta legunt. *Corpus aptasti mihi:* immo & D. Paulus inducens ad Heb. 10. versiculum istum, eodem quo Septuaginta transtulit modo: dixit enim: *Corpus aptasti mihi.* Qui modus loquendi metaphoricus est: metaphora sumpta à figulis (inquit Genebrardus) qui manu fodicāt & ducunt argillam e qua cupiūt vas aptare, currente rotā. Quare Deus & figulus, & fictor, & plastes nuncupatur, vt alludatur ad Genes. 2. quando ex humo humanum corpus duxit: & etiam ad illud Iob. c. 10. *Manus tuæ Domine fecerunt me, & plasmauerunt me totum in circuitu.*

Et sicut per figuram synecdochen pars pro

Christus per
omnia ad
obediendum
instruitus.

Explicatur
versiculus.
Psal. 39.

53
Aures pro
toto corpo-
re.

toto, hoc est aures pro corpore, apud Dauid: sic per eandem figuram pars pro toto, hoc est corpus Christi Domini, pro eiusdem Christi Domini humanitate integra, appositum est. Et nihil aliud huiusmodi locutionibus ac phrasibus designatur, sicuti quod humanitas Christi tota elaborata est atque fabricata diuinitus ad diuinas voces audiendas, & exitu perficienda omnia sibi constituta diuinitus.

Igitur obedientia multigena Christus subiecit se se & humiliavit Patri. Sed Paulus in presentiarum tantum meminit subiectionis ad mortem, tanquam obedientiæ potissimæ, quæ reliquas præcellerat præibatque obedientias. Vnde sic de illa Chrysostronus, homil. 7. ad Philippen. non semel citata. *Magnum omnino illud est, atque inexplicabile, seruum fieri: sed mortem præterea subire, longe adhuc maius.*

CAPVT TERTIVM.



VIVS tam seueri præcepti causas D. Thom. 3. part. quæst. 47. artic. 2. assignat, dicendo: conuenientissimum fuisse quod Christus Dominus ex obedientia præcepti pateretur. Primò quidem, quia hoc conueniebat iustificationi humanæ: ut sicut per vnus hominis inobedientiam peccatores constituti sunt multi, ita per obedientiam vnus hominis, iusti constituerentur multi: ut dicitur Rom. 5. Secundo quia hoc conueniens fuit reconciliationi Dei ad homines. Vnde dicitur Rom. 5. *Reconciliati sumus Deo per mortem filii eius: in quantum scilicet ipsa mors Christi fuit quoddam sacrificium acceptissimū Deo: secundū illud Ephes. 5. Tradidit semetipsum pro nobis, oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis: Obedientia vero omnibus sacrificiis antefertur, secundum illud. 1. Reg. 15. Melior est obedientia quam victimæ: Et ideo conueniens fuit, ut sacrificium passionis & mortis Christi ex obedientia procederet. Tertio quia hoc conueniens fuit eius victoriæ, qua de morte & authore mortis triūphauit. Non enim miles vincere potest, nisi Duci obediat; & ita homo Christus victoriam obtinuit, pro hoc quod Deo fuit obediens; secundum illud Proverb. 21. *Vir obediens loquetur victorias: hæcenus angelica Angelici Doctoris eloquia.**

ET NON de quacunque morte, sed de morte crucis præceptum habuit à Patre Christus Dominus: dicente Paulo in ultimo verbo Thematis. *Mortem autem crucis: Hoc est, ut Theophylactus obseruat, execratam mortem, & sceleratis addictam. Propter quod notauit Bernardus, quod Christus, non tantum suscepit formam serui, sed formam iniqui serui: cuius tantum est flagris cædi, conspui, ac tandem in crucem fieri.*

Cuius durissimæ mortis seueram acerbissimam dum contemplaretur Chrysostronus ubi

supra, in hæc verba se dedit. *Veruntamen, & aliud quidam est hoc factum (scilicet moriendi) maius, magisque opinionem omnem exsuperans. Quomodo? non cuiusque eadem mortis conditio est? Hæc vero, quam Dominus pertulit, omnium turpissima habebatur: hæc plenissima ignominia: hæc, quam homines execrentur. Maledictus enim, inquit Deut. 21. & Galat. 2. omnis qui pendet in ligno. Propterea etiam Iudæi hæc ipsum morte afficere studuerunt, quo infamem præterea redderent; ut nisi quis ab eo idcirco deficeret, quod è medio sublatus esset, saltem ob hanc causam deficeret, quod hoc modo sublatus.*

Plurima in conuitium & probrum huiusmodi mortis notantur, & etiam in commodum à prophanis & sacris scriptoribus, quæ in quæstione sequenti per ordinem recitabo: & ideo nostri Thematis exitum hoc vno verbo con signo: quod per illud Paulus Apostolus nos ad humilitatem eximiam cohortari constituit, efficacissimio de humilitate Christi præ oculis exemplo subiecto. Nec mirum quod Apostolus Paulus tanto contra nostram superbiam pharmaco vsus fuerit: cum pro tali medicando tumore, pharmacus ipse à Deo confectus dicatur: canente Ecclesia in oratione pro Palmarum Dominica. *Omnipotens sempiternæ Deus, qui humano generi, ad imitandum humilitatis exemplum, Saluatorem nostrum carnem sumere, & crucem subire fecisti: Et licet humilitati nõ illa prosperè cederent, nec feliciter præmia euenirent, quæ D. P. N. Bernardus sermone 85, in Cant. sub his verbis denunciat. Magna, fratres, magna & sublimis virtus humilitas, quæ promeretur quod non docetur: digna adipisci quod non valet addisci: digna verbo, & de verbo concipere, quod ipsa verbis explicare non potest: Adhuc ob ductorem Christum & antesignanum, humilitatis iter, quantumuis deuium debite peragrarè, & leui gressu transcurrere teneremur. Vnde August. sermone 12. de verbis Apostoli. *Ecce habemus in Christo humilitatem, exinde superbiam medicamentum. Quid ergo intumescis homo? O pellis morticina quid tendes? O sanies fœda quid instaris? Princeps tuus humilis, & tu superbis: caput est humile & mēbrum superbit? Sed memanentē de cruce Domini iam opus est quæstionem aggrediar. Quæstio autem est,**

An conuenienter Christus crucis morte affectus sit?



IDIGNE & pro meritis res crucis agenda est, Patres cōscripti, expedit ut producam in medium crucis antiquatæ conuitia, ex probatæ fidei authoribus mutuata: ut hauriamus inde, expedierit Christo, nec ne, tale genus patibuli?

(.?.)

Mors Christi acerbissima omnium

56
Scopus Pauli in verbo thematis.

Audi superbe.

54
Maior Christi obedientia.

54
Cur Christo iniunctum est mori pro nobis.

55
Cuius nam serui Christus suscepit formam.

PRIMA PARS QVAE-
STIONIS.

De supplicio Crucis secundum se.

CAPVT PRIMVM.



PRIMIS autem, vt
auspicemur à nomine:
præmittendum est: quod
cum hoc nomen, crux,
deriuetur à verbo Græ-
co *Krouein*, quod ferire,
& pulsare significat:
vel potius à verbo La-
tino, crucio, quod de-

signat affligere: vsu venit, vt quæ molestiam
ingerunt, cruces dicantur. Hinc Terentij il-
lud in Eunuchis: *Et illis crucibus, quæ nos, nos-
tramq; adolescentiam habent despiciatam.* Et illud
Senecæ de vita beata, capite 19. *Hi qui in seip-
sos animaduertunt quot cupiditatibus, tot crucibus
distrabuntur.* Et illud Matthæi 16. *Qui vult ve-
nire post me tollat crucem suam.*

Imò, quæ multum infestant, non solum di-
cuntur cruces; sed malæ cruces: iuxta illud
Plauti de meretricibus.

Aliqua mala crux semper est, quæ aliquid petat.
Vnde & Comici frequentissimè iubent, abire
in malam crucem: quod sonat Hispanè: *Em-
biar en hora mala.*

Quinimo quæ non tantum molestiam, sed
etiam mortem inferunt, maximæ malæ cru-
ces vocantur: iuxta illud Plauti, de quodam
in aquis submerso:

Abstractum in maximam malam crucem.

Istæ tamè crucis acceptiones, vel potius vsur-
pationes laxæ & improprie sunt.

Proprie autem significat crux, apud priscos
& prophanos auctores, id in quo homines af-
figuntur: quomodolibet suffigantur: etiam si
(quod dici solet) per obscœna impalentur.
Hinc Senecæ illud lib. de cõsolatione ad Mar-
ciã n: *Videò isthic cruces; nec vnus quidem gene-
ris, sed aliter ab alijs fabricatas. Alij capite con-
uerso in terram suspendere: alij, per obscœna sti-
pitem egèrunt: alij brachia patibulo explicue-
runt.*

APVD nos tamen Christianos, crux pro-
prie sumpta, significat lignum erectum quod-
dam, cui aliud transuersum adiungitur; isto mo-
do, †, vt humana inde pendeat, & pateat cor-
pora; pedibus solutis, & brachijs omnino ex-
plicatis. Et non tantum apud nos, verum &
apud paganos, & scriptores veterrimos hoc
fabricij genus, crux, appellatum est; vt pa-
tet ex nuper inducto Senecæ elogio: & ex
eo, quod crebro hæc crux patibulum dicitur:

quod proprie appellatur illud, in quo suffixus
homo expanditur, ligno tamen transuerso.
Vnde Tertullianus in Apologetico, cap. 16.
describès formam crucis generalis inquit; esse
hastam rectam, cui quædam hastula transuer-
sa est. Videatur de re ista Ambrosius sermo-
ne quinquagesimo sexto, videatur & Victori-
nus Pictauiensis apud Cyprianum describens
carminibus istis crucis fabricam.

Arboris hæc species vno de stipite surgit

Et mox in geminos extendit brachia ramos.

Sicut plena graues antenna carbasa tendunt

Vel cum disjunctis iuga stant ad aratra iuuecis.

Et ne grauitate sua grauiora defluerent cor-
pora; in stipite erecto lignum quoddam sup-
pedaneum: & supra illud tabellam quandam
affigebant, qua crucifixi pedes fixi, & inni-
xi conuiescerent: & ita corpus vbi acclina-
retur haberet: iuxta quæ expresse D. Irenæus
affirmat libro 2. cap. 42.

Et licet asserculus hic nimis accurata, &
delicata fabrica videatur aliquibus, pro cruci-
fixis & patibulatis hominibus: mihi tamen,
& alijs, verè alijs à me, non videtur nisi ad-
modum rudis, & ad commodam crucifi-
xionem, non solum utilis sed etiam neces-
saria.

NEQVE iterum obest quod iterum obij-
ciunt aliqui, apud Iustum Lipsium in suo illo
aureo libello de Cruce (à quo, ex dictis & di-
cendis aliqua mutuata sunt pro hac parte) nul-
lum huiusmodi asserculi apud scriptores anti-
quos vestigium exstare. Non inquam obest:
tum quoniam scriptores antiqui, dum de cruce
agebant, tantum denunciabant quæ eius se-
quitiam exprimerent: quam tamen subiectus
asserculus non denuntiabat: commoditatem
enim potius quàm acerbiter ad crucifi-
xionem, crucifixo & crucifixoribus ipsis præ-
bebant. Tum quoniam non solum vetus, verum
& veterrimus auctor Irenæus est: vt potè co-
euius vel quasi coeuius Apostolis: & adeo cir-
cumspectus, etiam aduersariorum iudicio, vt
non pro constanti assereret quod pro con-
stanti non posset vbiuis gentium firmari.

Et quia solemne erat supplicij causam in
ipsa proferbere cruce: & super caput cruci-
fixi offigere: vt est apud nos solemne so-
lemni præconis voce edicere noxij patibulan-
di culpam & noxam: affigebant supra capi-
tellum crucis quandam tabellam, in qua con-
scriberetur delictum. Hinc illud Suetonij, ca-
pite trigesimalotertio in Octauium de damna-
toria tabella.

57
Cruces varia
significat.

Crucis stru-
ctura.

59
Obijciuntur
contra lignum
suppedaneum
crucis.

Resp. obie-
ctioni:

Tabella in
occipitio
crucis.

Quid nam
cruces pro-
prie signifi-
cet apud pro-
phanos.

58
Quid nam sig-
nificet apud
nos.

Definitio
crucis.

Ex quibus omnibus illud Innocentij Papæ sermone primo de vno Martyre possumus inferre: quod in cruce, ligna quatuor extabant: videlicet, stipes erectus, lignum transfuersum, truncus suppositus, & titulus suprapositus. Vel potius Irenæi illud libro secundo, capite quadragesimo secundo citatis: *Ipse habitus crucis fines, & summitates habet quinque: duos in longitudine, & duos in latitudine, & vnum in medio, vbi requiescit qui clavis affigitur.* Et hæc de strue & figura crucis.

CAPVT SECVNDVM.



MODO obseruandum est, supplicium crucis teterrimum omnium fuisse & crudelissimum vt habet Paul. i. capite, libro quinto sententiarum, titulo vigesimo primo, & ante illum Augustinus, tomo quarto, libro 83. Quæstionum, quæstione vigesima quinta, & ante eos Cicero oratione in Verrem: & cum illis Poetarum clasis dehonestantium rigiditatis & sæuitiæ probris crucem ipsam. Ex quo illud Ouidij libro primo, elegia prima, vocantis crucem, duram: & illud Aufonij vocantis eam sæuam: & illud Strocij vocantis eam horrendam: vt sequentia per ordinem carmina indicabunt:

Carnifici duras præbuit ille cruces.

Sana inter rupes Scythicas stetit alitibus crux.

Horrendam natam consuluisse crucem.

Quibus congruè possumus Quintiani illa epitheta de cruce subiungere: dum illam rigidam, cruentam, acrem, tristem, amaram, miseram, & funestam, his carminibus vocat:

Rigidam crucem patiare fas est.

Et si cruenta grauius est nihil cruce.

Quam possit acrem fugere extinctus crucem.

In monte summo si xus, in tristi cruce.

O crux amara, quale supplicium paras.

Ite, ite, in miseram crucem prophani.

Tulere nostra colla funestam crucem.

NEC mirum tantis conuitijs & sæuitiæ probris crucem onustam iri: siquidem quæ præbant comitabantur, & sequebantur crucis suspendium immania dira ac summè sæua, & horrida notabantur.

Imprimis enim semper flagellatio in hoc supplicio antecibat: ita vt esset solemnis crucis antecessor: & raro darentur in crucem nisi sic purpurati: vt Lipsius ex Liuiio trigesimo quarto, & Curtio libro octauo obseruat: & habet Cicero libro primo de diuinatione. Et non quomodolibet vapulabant, sed ad columnam fortiter alligati: iuxta Plauti illud:

Abducite hunc

Intro: atque adstringite ad columnam fortiter.

Et ita acriter vapulabant, vt multi sub eisdem flagellis interirent: iuxta Vlpianum lege octaua de pœnis. Propter quod Horatius lib. 3. appellauit flagella ista horribilia, dicendo:

Ne scutica dignum: horribili fectere flagello.
Et propter idem Lucanus libro septimo appellauit hoc flagellum sanguineum, Quintianum impium, & Mantuanus mortiferum: ista serie:

Sanguineum veluti quatiens Bellona flagellum.

Rubet flagellis impijs corpus meum.

Viscera mortiferis tandem contusa flagellis.

Hoc autem flagellorum carnificium tunc obueniebat quando flagella insertis, inuolutisq; talis, aut ossiculis confecta erant: quæ dicebantur vulnifica: iuxta illud Bartolini:

Vulnifico committit bella flagello.

ITEM crucem suam suis bauiabant humeris omnes patibulandi: iuxta Plutarchum de tarda Dei vindicta, & in Menæc. dicentem, in persona patibulandi cuiusdam.

Casum virgis sub furca scio.

Et iterum: *Corpore quidem quisque maleficorum suam effert crucem.*

Et iuxta Ciceronem libro primo de diuinatione aientem sic: *Seruus per circum, cum virgis caderetur, furcam ferens, ductus est.* Et iuxta Plutarchum in Coriolan. & problem. c. 70.

Apud antiquos enim crux, patibulum, & furca pro eodem fere vsurpabantur: & sicut cruci, ita furcæ affigebantur patibulandi: vt habet Callistratus lege Capitalibus. §. Famulos. ff. de pœnis. Et Nonius docet crucem esse patibulum: & furcam dictam esse patibulum habet Isidorus libro quinto; Origenes: & etiam scriptores Gentiles, vt Liuius libro 2. Lactantius libro 2. capite 8. consentientibus etiã sacris literis, Genesios 40. Deuteronomij 21. Iosue 8. Esth. 5. 6. & 7. prout Cardinalis Baronius in notulis ad septimum diem Aprilis in Martyrologio obseruat, vnde furciferi, idem quod cruciferi sunt: a ferenda cruce dicti.

Et non solum miselli isti crucem bauiabant: sed cum vexatione. Stimulis enim agebantur per viam, vt celerius & maiori cum lassitudine irent. Hinc illud Plauti:

O carnificium cribrum: quod credo fore,

Ita te forabunt patibulatum per vias

Stimulis: si noster huc reuenerit senex.

RURSVM, quod turpius est, nudos illos, & omni spoliatos veste in crucem dabant: iuxta Artemidorum libro secundo, capite quinquagesimo octauo. Ex quo vulgare illud apud Lipsium vbi supra: *Crucifigi, diuitibus noxum: quia nudicrucifiguntur.*

Post hæc, clavis refigebantur, & affigebantur cruci: iuxta illud Senecæ libro vno de vita beata, capite 19. *Negatis quemquam prestare quæ loquitur, nec ad exemplar orationis suæ viuere. Quid mirum? cum loquantur fortia, ingentia, omnes humanas potestates euadentia: cum refigere se crucibus conentur, in quas vnusquisque vestrum clauos suos ipse adigit.* Et iuxta illud Plinij, libro vigesimo octauo, capite quarto circa finem: *Item in quartanis, fragmentum clauis à cruce, inuolutum lana, collo sub-*

nectunt.

Ex quibus
conficieban-
tur crucifi-
xorum lora

62

Crucifigendi
deserebant
crucem.

Furca idem
quod crux
apud mul-
tos.

Deducerent
crucem se-
uissimis per
fossas aculeis

63

Nudi in
crucem fie-
bant.

Clavis affi-
gebantur
cruci.

60

Supplicium
crucis im-
mane.

61

Solènes cru-
cis anteces-
sores.

Crucifigendi
semper va-
pulabant.

Seuerissime
vapulabāt.

nectunt. Et iuxta illud Apuleij: *Hic nares, & digiti: illic carnosae clauis pendentium.*

Sed quotus fuerit clauorum numerus, sub iudice est. Aliqui enim ternos, aliqui quater- nos clauos astruunt. Sed isti praeferuntur iam illis: dicente Gregorio Arberno libro primo de miraculis, cap. 6. *Quod quatuor fuerint, haec est ratio: duo sunt affixi in palmis, & duo in plantis.* Ex quo Plauti illud in Mustelis:

Ego dabo talentum ei primus qui in crucem excucurrerit,

Sed ea lege, vt affigantur bis pedes, bis brachia.

PRÆTER clauos, imò & ante illos funibus patibulandi reuinciebantur: ne se subducerent ad iectum, aut commouerent: & vt adminiculo illo firmiter sic penderent à cruce. Hinc illud Aufonij:

Denintum post terga manus substrictaq; plantis Vincula merentem adfigunt.

Item & Hilarij illud decimo de Trinitate: *Penduli in cruce corporis penna, & colligantium funium violenta vincula, & adactorum clauorum vulnera.* Hinc denique & illud Christi Ioannis decimonono in vaticinium mortis diui Petri: *Cum senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget.* Cinctio enim ista (iuxta Theophylactum) funium & vinculorum est in cruce. Ex quo Tertulliani illud: *Tunc Petrus ab altero cingitur, cum adstringitur cruci.* Demum & illud Nonij in caput decimumnonum Ioannis de latronibus cum Christo affixis:

In cruce præduris clauis fixi, inque ligati.

Et non tantum huiusmodi funes in vsu erant ad crucifixiones: verum, ex sententia aliquorum, aliquando patibulati funibus dumtaxat reuincti pendebant à cruce. Et ad id probandum adducunt in exemplum latrones, qui cum Christo Domino in cruces sublatis sunt: quos frequenter videmus ita picturatos, quasi funibus tantum alligati fuissent. Potest etiam adduci pro hoc consuetudo illa suffringendi crucifixorum crura, si post vnicum patibuli diem animas non efflasset; vt patet Matthæi vigesimo septimo: *Cum tamen adactis per singulas manus, ac singulos pedes, singulis clauis, & venis, & nervis abruptis, defluente ingenti copia sanguinis, incredibili cruciatu eos intra horas aliquot mori necesse esset.*

Contra tamen sentiunt quam plurimi. Et sentiendum videtur. Tum quoniam crux Domini tanto sanctissimæ sceminæ studio quaesita & reperta, & tam stupendo miraculo coëlitus demonstrata, facile agnosci posset, si ex tribus, quæ effosæ sunt, in vna tantum vestigia clauorum fuissent. Constabat enim ex illo Ioannis vigesimo: *Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum:* Christum Dominum clauis fuisse crucis suffixum: & proinde per signa clauorum posset euidenter constare de cruce Christi, si penes reliquas cruces nulla clauorum vestigia reperirentur. Quare si funibus tantum alligati illi expri-

muntur latrones placito picturantium, non autem rei veritati adscribendum est. Tum quia ni longa inedia, proluxaque fame interirent; conspicuum satis erat, quod ob solam ad crucis cinctiōnem mors cita in ita pendentibus euenire non poterat. Imò neque ex sola clauorum fixura, & tortura funium: alias non miraretur Præses quod Christus tam citò morti celsisset.

Tum quoniam vt Chrysofost. homilia de cruce & latrone, & homilia decimaquinta in caput octauum epistolæ ad Romanos inquit de bono latrone: *Quod mente sana vigilabat confixione constrictus, quis poterit non admirari?* Et Gregorius libro decimo octauo Moralium, capite vigesimo quinto: *In cruce clauis manus pedesq; eius (scilicet latronis) ligauerunt; nihil in eo à pœnis liberum nisi cor, & lingua remanserant.* Et Augustinus tractatu trigesimo septimo in Ioannem: *Manus (vtique latronum) clauis inhærebant: pedes transfixi erant.*

SED siue utroque, siue altero tantum ligamine suffingerentur, iuxta vias publicas deligebantur: vt explicatius & frequentius paterent prætereuntibus: iuxta illud Quintiliani declamatione ducetesima septuagesima quinta: *Quotiens noxios crucifigimus, celeberrimæ eliduntur viæ: vbi plurimi inueneri, plurimi commoueri hoc metu possint.*

Et quod durius erat, & sæuius: sic hæc omnia fiebant, imò aliter fieri non poterant, nisi maxima patibulatorum sensatione: vt Augustinus tomo nono, tractatu trigesimo primo in Ioannem, & Isidorus libro quinto, Origenes capite vltimo, prope finem præponderant. Constata autem acerrimam & seuisimam esse mortem illam, qua aliquis per cruciatum immanes se mori sentit. Propter hoc enim Caligula, olim per sæuitiam imperitabat: *Sic fiat, vt se mori sentiat.* Ex quo illud Tiberij ad Senatum: *Dij me, Deaq; peius perdant: quam cotidie me perire sentio.* Quæ adducit Lipsius vbi supra. Conuenienter ergo supplicium crucis pro rigido, sæuo, cruento, carnifico, miserimo, horrendo que diffamatum est.

CAPVT TERTIVM.



BSERVANDVM deniq; occurrit: supplicium crucis non solum inmane, sed infame etiam reputatum fuisse: adeo vt ipsa crux infœlicitatis & infamiæ conuictijs, propter hoc, lacerata fuerit. Referente enim Cicerone in oratione pro Caio Rabirio, crebro Tarquinius in fontes detonabat:

Caput obnubito: arbori infœlici suspendito.

Hoc est, arbori crucis. Minutius etiã Fœlix in Octau. sic: *Deus ligneus rogi fortasse: vel infœlicis stipitis (hoc est crucis) portio est.* Et Poeta ille apud Lipsium vbi supra:

Noxius infami districtus stipite membra, Sperat & à fixa posse redire cruce.

66

Ad vias publicas erigebantur.

Rigidū hoc crucis suspendium.

67

Supplicium crucis infame.

Cōitiaprica crucis.

64

Funibus vinciebantur.

Explicatur locus Ioā. vlt. de cinctione Petri

An omnes patibulati resigebantur clauis.

65

Videtur q omnes patibulati suffigerentur clauis.

Supplicium
crucis pro
seruis.

Nec mirum his contumelijs crucem diuexatam fuisse: quoniam germanum erat viliorum hominum, feruorum utique, receptaculum, & vltima furca. Ex quo Iuuen. illud saty. 6.

Pone crucem seruo

Et illud Hircij de bello Hispano:

*Præhensi serui tres, & vnus è regione vernacula;
Serui sunt in crucem sublatis: militi cervices abscissæ.*

Et adeo supplicium crucis seruis erat germanum: vt nomine seruilis supplicij crux intelligenda veniret: vt habet Liuius, lib. 3. & Tacitus lib. 4.

Ob graues
tantu cau-
sas fiebant
serui in cru-
cem.

Nec ob leuem aut facilem noxam serui agebantur in crucem: sed ob grauisimas tantum: & tanquam ad extremum supplicium, extremas causas. Horum illa Horatij lib. 1. ser. 3.

*Siquis eum seruum, patinã qui tollere iussus.
Semessos pisces, tepidumque ligurierit ius.*

In cruce suffigat; Labeone insanior inter sanos dicatur.

Hoc est, qui qualibet ex causa, etiã duriuscula, seruum agit in crucem; vt vacuus cerebro putandus est.

67

Cur suppli-
cium crucis
erat germa-
nũ seruis.

Quare autem supplicium hoc seruis referuatum fuisset: illa potest esse ratio quod immanissimis feris ac truculentissimis quondam erat addictum. Vt enim auctor est Alexander ab Alexandro, libro tertio, capite duodecimo, & Plinius libro octauo, capite decimosexto, Asiatici in crucem dabant homicidas leones: eo consilio, vt ab humano sanguine reliqui leones superstites sese abstinerent: dum obseruarent carnificium & crucem commilitonum suorum: & ita in viatores non grassarentur: vt postea non grassabantur, terrore tanto perculsi. Ipsi etiam Asiatici, sub eisdem authoribus, canes in crucem dabant: quando illos in aliquo scelere grauisimo comprehendebant. Vt etiam dedere Romani, quando Galli inuasert vrbem, quia enim canes in Capitolio nutriti in incursu hostium non latrarent, illos crucis suffigerunt: vt refert Plutarchus de fortuna Romana, & virtutibus Alexandri.

Bruta in
crucẽ data.

Aliquando
serui putan-
tur non ho-
mines.

Vnde supplicium hoc eo coniectari potest translatum ad seruos olim: quia olim serui putabantur non homines: aut saltem, tanquam non homines. Hinc ille dialogus vxoris petentis marito vt seruum domesticum cruci daret: & mariti defensantis serui incolumitatẽ, tanquam incolumitatem hominis: & huoris foeminae in maritum eo quod seruum dixerit esse hominem, & rem illius tanquam rem hominis agendam esse. Qui dialogus apud Iuuenalem extat sub his verbis Saty. 6.

*Pone crucem seruo. Meruit quo crimine seruus
Supplicium? Quis testis adest? quis detulit? Audi,
Nulla vnquã de morte hominis cunctatio longa est.
O demens, ita seruus homo est?*

Ecce appellatum, fatuum, illum qui putauit seruum esse hominem. Et ideo, quando ex alio capite feralibus serui criminibus tene-

bantur: facile putabantur vt feræ: & ferarum poenis leuissime addicebantur.

Bene verum est, quod apud Romanos non solum serui: verum & omnes parricidæ subleuabantur in crucem. Ex quo illud Sydonij Apollinarij libro quarto, epistola vigesima-tertia de filio profugo à Patre: *Audito culpa tenore, corripui latitabundum verbis amaris, vultu minaci: dignum abdicatione, cruce: culleo clamans, cæterisque supplicijs parricidalibus.* Imò, latrones etiam supplicium hoc, apud Romanos, subibant: adeo vt famosi latrones designarentur, litera, T, eo quod litera ista figuram crucis exprimat quã illis subire debebat: vt habet Lucianus dialogo lud. vocal. Quinimo & apud Iudæos crux erat in vsu contra homicidas; vt tradit Philo libro de specialibus legibus. Sed quis nõ videt tam parricidas quã homicidas, quam etiam latrones famosos, aliàs grassatores, non solum humanitatem humanitus exuisse: verũ & feritatem induisse feraliter, non mitius quã truculentissimæ feræ? Merito ergo tanquam non homines, sed tanquam immanissimæ feræ ferarum addicebantur, & adigebantur supplicio.

Hoc tamen interstabat discriminis inter prædictos: quod si quando aliquis eminentioris plebis supplicio crucis erat exterminandus poterat prohibito suo altiore atque editiorem eligere crucem: vt Esther capite sexto & septimo, testatum habetur de patibulo Aman: & de cruce Cartali testatur Iustinus, libro decimo octauo historiarum: & de Romanorum ciuium cruce Suetonius in Galba, capite nono, & Valerius Maximus libro sexto, capite 9. Exter. 5. inquit, quod ad crucem Polycratis Tyranni delectus fuit altissimus omnium mons. Et referente Plutarcho in Apophteg. Augustus Imperator mandauit suffigi malo nauis Erotem, suum in Aegypto procuratorem: utique propter rationem prædictam de patibulandis in eminentiori loco hominibus illustrioribus: vt notat Barro-nius ad septimum diem Aprilis in Martyrologio.

Sed qualis qualis vel quãta crux ipsa fuisset, siue pro infima, siue pro inclyta plebe: hoc tamen commune erat, vt infamiam omnibus ingereret tale supplicium: vt potè quod homines illa, non tam vt homines, quam vt immanissimæ feræ feraliter vexabantur. Cuius rei gratia vni Tarquino superbissimo, iniusto, & diro adscriptus est primarius in Romano populo huius laniatus ingressus, & truculentissimus vsus. Refert enim Cicero oratione pro Rabirio, & Plinius libro 36. capite 15. quod primus qui supplicio hoc vexauit Romanos iste Tarquinius fuit. Qui non viuencia adhuc desigebat in patibulo corpora spectanda ciuibus, & simul feris volucribusque dilaceranda. Hæc de supplicio Crucis, & de prima parte quæstionis,

68

Quinã apud
Romanos
darentur in
crucem.

Nota cõtra
latrones.

Nota hoc.

69

Præuilegia
nobilium agẽ-
dorum in
crucem.

Supplicium
crucis omni-
bus erat in-
fame.

SECUNDA PARS QVAE- STIONIS.

De Cruce ipsa Christi.

CAPVT PRIMVM.

70

Omnia ad
Cruce præ-
ambula-
tulis Christi.



IS AVTEM sic præli-
batus & mente serua, se-
ueraque perpensis: quis
non mirabitur statim,
(vt miramur & nos)
quare teterrimo isto
Christus voluit sup-
plicio dilacerari, quod
etiam homine libero
quamuis nocente, videtur indignum? Quis
non per stuporem tabescet, quod tam exe-
crabile, feraleque genus supplicij sibi Chri-
stus delegerit? Omnibus enim, quæ capite
præcedenti de cruce, & crucis supplicio re-
tulimus (vna excepta culpa, leuissima etiam)
Christus affectus est: vt modo indicabo per
ordinem.

Christus su-
bije Crucem

Et imprimis, quod Christus Crucem subie-
rit, sacrae literæ clamant: vt Lucæ vigesimo-
tertio: *Et postquam venerunt in locum, qui vo-
catur Caluaria, ibi crucifixerunt eum.* Primæ Co-
rinthiorum primo: *Prædicamus Christum: &
hunc crucifixum.* Et tandem ad Philippenses se-
cundo: *Christus factus est obediens vsque ad mor-
tem Crucis.* Quod præsentis quæstionis caput
& cardo est. Et ideo in hac relectione non
vocamus in dubium: an Christus crucem sub-
ierit: sed solum, an conuenienter?

Crucis Chri-
sti structu-
ra.

Quod autem in Cruce ista extiterint illa qua-
tuor, quæ supra de cruce retulimus: scilicet,
lignum erectum, & aliud breuius transuersum
& immissum illi, capitellum pro titulo, &
lignum suppedale pro pedibus, sequentibus
demonstrabo. Duo enim priora omnibus per
se patent, vt potè per se requisita ad crucis effi-
giè. Ad Crucem siquidem duo ligna cõpacta ne-
cessario concurrere, omnibus peruium est; tertium
autem nõ ita. Maximè quod authore Ruffino, li-
bro secundo, capite vigesimo nono, aliqui as-
seruerunt: Crucem Domini fuisse crucem com-
missam: eã scilicet, in qua ligno erecto, breuius
alterum superne, & in ipso capite committi-
tur, vt patet in litera T, quæ signum erat sa-
lutis cõtra percussorem Angelum Ezechiel. 9.
Verosimilior tamen atque communior sen-
tentia adstruit, Crucem Domini fuisse crucem
immisam: illam vtique, in qua breue lignum
sic longiori adiungitur, vt illud quodammo-
do secet, & aliquid supra lignum transuersum
emineat ligni directi, vt patet in huiusmodi
figno, †: quæ species crucis aptior est ad om-

nes crucifixiones. Quæ enim recto fiebant,
frustum illud eminens, ad affigendam tabel-
lam tituli, postulabant: quæ vero ordine in-
uerso, qualis Petri crucifixio extitit, etiam
illam partem superstitem requirebant: quæ
terræ hæreret & infingeretur: vt crux confi-
steret, & inflectuabiliter permaneret.

De titulo Crucis Domini referente suæ mor-
tis causam patet Ioannis decimonono, vbi ita
habetur: *Scriptus est titulus Pilatus, & posuit
super crucem. Erat autem scriptum, Iesus Naza-
renus Rex Iudæorum. Et erat scriptum Hebrai-
cè, Græcè, & Latine.* Patet etiam Matthæi
vigesimo septimo, vbi habetur: *Et posuerunt
super caput eius causam ipsius scriptam.* Et Mar-
ci decimo quinto: *Et erat titulus causæ eius in-
scriptus Rex Iudæorum.* Et demum Lucæ vi-
gesimo tertio: *Erat autem & superscriptio scri-
pta super eum literis Græcis, & Latinis, & He-
braicis.*

DE LIGNO autem suppedaneo maior dif-
ficultas est: saltem propterea quod commu-
niter, & vt in plurimum abstinere ab eo pi-
ctores, & architecti periti. Sed hoc argumen-
tum est ab autoritate negatiua. Affirmatiua
autem astruunt nobis Gregorius Turonensis
de gloria Martyrum cap. 6. Iustinus Martyr,
libro primo, capite nono, Tertullianus libro
tertio aduersus Marcionem: & Beda in col-
lectaneis, dum enim affirmat crucem Domini
compactam fuisse ex quatuor generibus diuer-
sorum lignorum, allusionem videtur fecisse
ad prædictum asserculum. Et vt picturis op-
ponamus picturas; in quam plurimis nostræ
Benedictinæ religionis sacellis habentur Cru-
cifixi imagines vetustissimæ & venerabilissi-
mæ; quæ retinent subiectum scabellulum: ver-
bi gratia, Monasterij Sanctæ Mariæ de Naje-
ra, Sancti Romani de Ornixa, & in plurimis
alijs. Et vt fidem facit, vbi supra, Lipsius: in
Monasterio Laeciensi in Hannonia (vbi nuper-
ime floruit sapientissimus idemque pijs-
simus vir Ludouicus Blosius eiusdem monasterij dignif-
simus Abbas) habetur numismate aureo ab an-
no Christi 208. expressus in Cruce Christus
cum suppedaneo asserculo. Et nouissimè om-
nium in Regio opulentaque Cænobio D. Lau-
rentij (vulgo, *Escorial*, octauum alias mundi por-
tentum, quod Philippus II. nõ solùm erexit, sed, o
magna magni Principis pietas, inædificauit) In
illo igitur cænobio nouissimo nouissimè asser-
uatur, in occipitio chori, marmorea quedam Cru-
cifixi imago, ditissimi pretij, quæ etiam reti-
net hoc suppedaneum scabellulum.

71

An in Cru-
ce Christi
fuerit lignum
suppedaneum

Nota pro
Philippo II
Hispania-
rum Rege.

CAPVT SECVNDVM.

72

Christus sa-
uissimè va-
pulauit.



VOD etiam vapulauit; certa fi-
de tenendum est; cum Matthæo
capite vigesimo septimo, & Ioan-
ne decimonono dicente: *Appre-
hendit Pilatus Iesum, & flagella-
uit.* Certissimumque etiam est, flagella ista
horribilia fuisse, & quasi lethalia: quia non so-
lum constat de impertransibili numero, & im-
manitate illorum: sed adhuc Iob decimosex-
to vaticinatum erat de illis, iuxta Hierony-
mum: *Concidit me vulnere super vulnus, irruit
in me quasi Gigas.* Et Isaïæ quinquagesimoter-
tio: *Dominus vult contere eum verberere.* Qua-
re Nonius in caput 19. Ioann. *Alternantibus,
ac repetitis ictibus horrendo Christi corpus rubefe-
cit flagello.*

Quæ mens
Pilati in
Christi va-
pulatione.

Sed vtrum sic vapulauit à Pontio Pilato, vt
Romanorum, quam supra prædiximus, con-
suetudini obsecundaret: vel potius vt morem
gereret Iudæis necem Christo feraliter pro-
curantibus: sub iudice videtur esse. Hiero-
nymus enim vult illud, propter verbum Mat-
thæi vigesimo septimo quod habet: *Videns Pi-
latus quod nihil proficeret, tradidit illis Iesum fla-
gellis cæsum: vt crucifigeretur.* Quibus videtur
innui, Christum ob id verberibus actum esse
quod erat in crucem dandus: Augustinus au-
tem tom. 8. super Psalmum 83. vult istud: pro-
pter verba Lucæ vigesimo tertio, quæ sic ha-
bent: *Corripiam eum & dimittam.* Vbi ver-
beratio, non ad inferendam: sed potius ad
excusandam mortem, quod facta sit videtur.
Quod amplius corroboratur ex his quæ Ioan-
nis decimonono testata sunt. Ibi enim per-
prius dicitur quod Pilatus flagellauit Iesum:
deinde quod post flagellationem disceptauit
de causa mortis Christi cum inimicis Iudæis: &
mox quod pro tribunali confederit: ac tandem
quod sententiam mortis in illum pronuntia-
uit. Ex his enim videtur deduci vapulationem
Christi factam esse independentem à senten-
tia mortis: & proinde non tam in obsequium
ritus Romani, quam in consilium & causam
emolendi sæuitiam Iudæorum.

Sed quidquid de hoc sit: sat superque nobis
est crucifixorum ritus in Christo seruatos es-
se, modo ista, modo illa causa contigerint. Et
illud est certo certius, flagella ipsius acerbis-
sima satis fuisse: siquidem adstrictus columnæ
vapulauit: quod non pro leuioribus, sed pro
durioribus tantum flagellationibus fieri com-
pertissimum est.

73

Christus co-
lumnæ astri-
ctus fuit vt
vapularet.

Quod autem huic columnæ Christus Do-
minus hæserit; communis Catholicæ Eccle-
siæ traditio adfert: dicente Hieronymo epi-
stola vigesimo septima ad Eustochium de lo-
cis sacris. *Ostendebatur illic columna Ecclesiæ
porticum sustinens infecta cruore Domini; ad quam
vinctus dicitur & flagellatus.* Et noster vene-
rabilis Beda, libro de locis sacris, capite ter-

tio, dicit prædictam columnam asseruatam fuisse
in medio cuiusdam templi constructi in su-
periori planitie Montis Sion. Prudentiusque
ita canit de Christo:

Atque columnæ

Annexus, tergum dedit vt seruire flagellis.

Et iterum de eadem in consonantiam Bedæ:

Perstat adhuc,

Templumque gerit veneranda columna.

INSUPER quod suis humeris propriam
Crucem detulerit, constat ex illo Ioannis de-
cimonono: *Susceperunt autem Iesum, & edu-
xerunt, & baiulans sibi Crucem exiit in eum,
qui dicitur Caluaria, locum.* Et, vt hic notat
Lipsius, ni Crucem tulisset: quid opus erat
auxiliatore, & subsequa qui adleuasset: &
crucem ferret post Iesum: vt Lucæ vigesimo-
tertio angariatus ille tulit Cyreneus? Inde Cy-
prius de Passione Domini: *Tu ipse patibuli
tui baiulus hærebas, euectionis & passionis anxie-
tates sustinens, & labores.*

Ex hoc autem illico sequitur, Christum
Dominum fuisse in Crucis deductione lassatum,
& durissime fessum: siquidem & auxi-
liatore eguit: & eum sibi obulerunt vltro ini-
mici Iudæi. Et, vt habet vetus traditio, dum
Christus duceretur ad supplicij locum baiu-
lans sibi crucem, in via iudario quodam de-
terfit faciem: atque in eo effigiem sui vultus
impresit: iudario madente Christi sangui-
ne. Quæ duo extremam denotare videntur
defatigationem corporis atque lassitudinem.

CAPVT TERTIVM.



VTRVM autem stimulis actus fue-
rit, & illisus per viam: in certum
est. Illud tamen pro comperto
asserit: quod in amplissimo illo
nostrorum Benedictinorum Cœ-
nobio, Ecclesiæ Toletanæ gemello, ab Al-
phonso Primo, vtique in Monasterio Castel-
læ Sahagun, in quo monumenta Regum & an-
tiquitatum Hispaniæ vt in ærario communi,
emporioque referuantur, ostenditur lignea
quædam antiquissima expressio Christi por-
tantis Crucem, & ferentis, sub vltima veste,
tabellam quandam clavis peracutis consistam,
qua euntis pedes non possunt non stimulari. Et
huius generis aliæ referuntur imagines alibi:
licet raris in locis. Et sanè credibile est Chri-
stum lacepsitum fuisse per viam huiusmodi
stimulis: quando supplicium hoc præuium
erat ad Crucem, vt vidimus supra: & rabies
Iudæorum in Christum vniuersos laniatus &
ictus ardentem sitiebat, præsertim illos, qui
per legem licebant & usum. Ni commentari
velimus, quod ad rumpendum moras, detu-
lerunt Christum Iudæi absque stimulorum
pressura: vt sic magis expeditus celerius pos-
set ad patibuli locum properare. Sed hoc
commentarium commentum redolet: ma-

74
Christus suã
sibi crucem
baiulauit.

Nota las-
situdinem
Christi.

75
Expede mo-
nasterij Sa-
hagun mi-
rabile Chri-
sti effigiem

Christus sti-
mulis per viã
agitatus.

ximè cum stimuli potius properam, quam tardam curationem sollicitent.

Quod etiam nudus subierit Crucem, ex eo claret: quod Euangelistæ narrant, recepisse vestes post flagellationem iam deducendum: & posuisse iterum deductum. Præsertim ex illo Ioannis decimonono: *Milites ergo cum crucifixissent eum, acceperunt vestimenta eius, & fecerunt quatuor partes, unicuique militi partem.*

Sed nunquid omnino nudus in Crucem ascendit: ita ut absque velamine, etiam pro pudore, maneret? Certe graue mihi, & ægrum est affirmare. Nam si Crucifixi imagines induunt, pro pudore, velamen: cur non potius ipse prototypus Dominus? Maximè, quod ea dumtaxat passus est, quæ ipse decreuit: & potuit non decernere sibi tam rigidam nuditatem pudore pugnantem.

Nihilominus Ambrosius libro duodecimo in Lucam, Athanasius oratione de Passione Domini & Cruce, Bonauentura libro Vitæ Christi, Lodolphus secunda parte vitæ Christi, & alij grauitissimi auctores incunctanter affirmant. Primo quia dum vapulauit mansit omnino nudus: ex quo sequitur quod Christus non horruit omnimodam nuditatem. Secundo quoniam Iudæi omnem ignominiam Christo ardentè sitiebant: iuxta illud Sapientia secundo, numero vigesimo: *Morte turpissima condemnemus eum.* Tertio quia nullus impudentiæ locus ob talem nuditatem remansit: quandoquidem tantis plagis affectus est Christus ipse, ut nihil præter cruorem in ipso superesse appareret: iuxta illud Isaia primo: *A planta pedis vsque ad verticem capitis non est in eo sanitas.* Et cap. 53. *Vidimus eum: & non erat aspectus.*

ITEM quod clavis fuerit confixus Cruci, constat ex illo Ioannis vigesimo: *Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum.* Et ex illo Psalmi septuagesimi: *Foderunt manus meas & pedes meos.* Et ex voce crucifixionis, qua Euangelistæ vtuntur: & etiam diuus Petrus Actuum secundo & quarto. Et ex illo Apollinis apud Lactantium libro quarto diuin. institution. capite 13. de Christo:

Clavis, & palis mortem tolerauit acerbam.

Sed maior difficultas est de numero clauorum. Communis enim populi Christiani consensus, & frequens figura Crucifixi ternos clauos astruunt. Quos suffragatur illud Nazianzeni in Christo patienti.

Nudum triclauis repositum ligno auferens.

Suffragatur etiam & hoc quod is clauorum numerus sufficiens videtur ad commodam, & etiam ad duriozem crucifixionem, quam Iudæi moliebantur Christo.

CONTRA tamen sentiunt Cyprianus: dum in sermone de Passione dicit: *Clavis sacros pedes terebrantibus.* Gregorius Turonensis, de gloria Martyrum, capite sexto, & alij: inter quos est Lucas quidam Episcopus Tui-

tiensis: qui libro secundo contra Albigenes capite nono ait: hereticos Albigenes cepinisse imagines sanctas nimium deformis in earum derisum & contemptum: & hac ratione beatissimam Virginem monoculam delineasse: & Crucifixi pedes clauo vno defixisse, cum antea duobus offigerentur. Et sane vltimum hoc euidentissimum est in multis quæ hodie existant Crucifixi imaginibus. Antiquiores enim imagines Crucifixi, quæ numero quam plurimæ sunt, tertia quoque Ecclesia, & maximè in hoc nostro sacello Collegij diui Vincentij apud Salmantinos, binos clauos in pedibus retinent: non secus atque in manibus. Et nisi dicamus Christum crucifixum fuisse clavis quaternis: ægrè intelligemus, qualiter non instaret periculum probabilissimum de comminuendo aliquo osculo Christi Domini, dum vnus supra alterum offigebatur pes, cum tamen cautum esset Exodi duodecimo, ne os confringeretur ex eo. Præterquam quod si in reliquis supplicium crucis antecedentibus, inuariabiliter solemniter in Christo seruatus est: consequenter apparet quod seruaretur etiam in clauorum numero vtique in quadriclauio: siquidem is numerus clauorum erat in vsu: vt patet ex supradictis numero sexagesimoquarto.

Et sanè suppedaneum lignum suggerere quadriclauium videtur: quoniam pro duobus pedibus diuisim patibulandis, atque suffigendis constructum esse arbitramur.

CAPVT QVARTVM.



VO D etiam iuxta viam publicam Christus defixus sit, constat abundanter ex eo, quod Hierosolymis passus est: celeberrimus in toto terrarum orbe locus & publicus: adeo vt medium terræ esse multi docuerint: præsertim noster sanctissimus atque venerabilis Beda de locis sanctis capite tertio. Et ad id probandum inducit, quod quædam columna celsa adest Hierosolymis, quæ ætuo Solstitio nullam facit vmbra. Cum tamen hoc impossibile esset, ni medium terræ Hierosolymitanum obtinuisset pauimentum. Inducit etiam quod Psalmo septuagesimo tertio testatum habetur: scilicet Deum operatum salutem in medio terræ. Possemus etiam & nos inducere illud, quod Victorinus canit de Golgotha, vbi Dominus defixus est. Canit enim sic:

Est locus ex omni medium quem credimus orbe, Golgotha Iudæi patrio quod nomine dicunt.

Et illud Tertulliani libro secundo contra Marcionem:

Golgotha locus est capitis Caluaria quondam Lingua paterna prior sic illum nomine dixit, Hic medium terræ est, hic est victoria signum.

Quot clavi essent olim in consuetudine pro crucifixis.

79 Christus iuxta viam publicam passus

76 Christus nudus ascendit in Crucem.

An Christus omnino nudus ascendit in Crucem?

77 Clavis fuit Christi Crucis appensus.

Quot clavi in Cruce Christi.

78

Sed quidquid de hoc sit : constat, Christum defixum fuisse, & passum extra portam, vt patet ad Hebræos decimotertio, & appensum fuisse in publica & communi area damnatorum, iuxta vias publicas. Et ita prætereuntes obiter clamabant ad improprium illi: *Vah qui destruis templum Dei.* Matthæi vigesimoseptimo.

DENIQUE. Quod Christus hæc omnia se pati tenferit, constat ex eo quod de Patre conquestus est, quia illum reliquerit: & etiam conquestus est de siti. Et quod maiorem fidem huic sensationi facit, illud proculdubio est, quod voce ingenti clamauit sub mortis articulum. Et constat ingentem halitum, nedum vocem eximiam elici nullatenus posse nisi à validissimo sensu.

Fidem etiam huic sensationi facit : quod Christus bibere noluit vinum myrrhatum illud quod Christo patienti in Cruce propinatum est: vt habet Marcus capite decimoquinto, numero vigesimotertio. Hoc inquam sensationi prædictæ fidem facit, si verum est quod Nicolaus Faber Parisiensis scribit de vino myrrhato apud Cardinalem Baronium, tomo primo Annalium anno Christi trigesimoquarto, numero centesimotertio. Videlicet fuisse Iudæorum morem antiquissimum propinare vinum myrrhatum his qui vltimum erant supplicium subituri: quia huius vini natura dementabat bibentes: & ita illos a sensatione dolorum immunes reddebat. Cum enim Christus sopiferam hanc potionem recusauerit: consequens est recusasse, & penitus aufugisse omnem soporacionem dolorem mitigantem.

Sed quidquid de hoc sit, sat nobis est, quod Christus integro sensu, & vegeto spiritu calicem passionis ebiberit: & quod probe senserit tum immanitatem, tum suæ mortis in gloriam, vel potius infamiam. Nam si illa sensit, imo si præsensit, præsciuitque Christus, quare non recusauit? quare non respuit? quare non abhorruit? Et supposito quod mori voluit, cur non aliud mitius, nobiliusve mortis genus destinauit sibi?

CERTE vt toto orbi mirandum proponitur, ac deslendum lusum illum fortunæ, & quasi naturæ monstrum, quod Dionysius in Sicilia regnans à sceptro ad ferulam fuerit deuolutus. Et quod Cæsar ille superbus, suo & aliorum arbitratu iam Deus, in senatu & à senatu viginti tribus plagis fuerit confusus: & tanquam sæuisima fera in proprio sanguine volutatus.

Sed quæ hæc cum nostris? *Hoc sentite in vobis* (inquit Paulus in themate) *quod & in Christo Iesu. Qui cum in forma Dei esset, semetipsum exinaniuit vsque ad mortem Crucis.* Hoc sentite (inquit) id est, hoc solum sentite, vt quid maximè sentiendum ac summè: & cum defatigatione (ac si diceret) tanta, vt desolemini vehementer. Nam si Hieremiæ secun-

do inclamatum est, quod cæli in stuporem darentur, & portæ illorum in desolationem: quia populus Domini Dominum dereliquerat: & cisternas sibi efoderat dissipatas: quanto magis terrigenas, cælicolas etiam in stuporem simul ac desolationem necessum est deuenire: eo quod Deus ipse seipsum euacauerit, vel potius exinaniuit: & non solum reliquerit, verum & sese dereliquerit, factus proprii sanguinis disrupta, dissipata, cisternaque confossa?

Et quid mirum si sic miremur atque dementemur nos: dum Sol demiratus est, petra scissæ, terra mota, & monumenta aperta: dum Christus ligatus, flagris purpuratus, sputis illitus, alapis cæsus, spinis coronatus, in Cruce inter facinorosos apertosque latrones appensus, ac tandem mortuus est?

CAPVT QVARTVM.

SED admiratione deposita, vel potius dissimulata, ad rationes pergo.

RATIO enim est quod veritas correspondeat figuræ. Sed in figura Christi præcesserunt victimæ omnes, sacrificiaque veteris Testamenti: in quibus animalia vel gladio vitulabantur vel igne: non autem ligno. Ergo nec Christus debuit in ligno patibulari: cum illæ victimæ præsignarent istam.

Ratio item est quod, vt Damascenus inquit libro tertio fidei, capite vigesimo, Christus non assumpserit detestabiles, & rationi contradicentes passiones. Cum ergo mors Crucis passionem detestabilem maximè & ignominiosam intulerit: vt patet ex dictis: non videtur quod Christus eam amplexari deberet.

Ratio rursus est: quod cum de Christo Domino Matthæi vigesimoprimum acclamatum patentissimè sit: *Benedictus qui venit in nomine Domini.* Declinaret Christus & omnino aufugeret mortem, quam vel sacræ literæ maledictis insectantur apertis: vtique mortem Crucis: ob quam Deuteronomij vigesimoprimum inclamatum est: *Maledictus est à Deo, qui pendet in ligno.*

RATIO denique est, vt legis pœnam subeant violatores legis: modo iuste & piè, modo iniquè & impiè, si tamen iuridice accusantur: aliàs frustra singulare supplicium leges singulares præscriberent. Constat autem prætextum delationis atque accusationis in Christum (prætextum dixi: nam causa nulla fuit, vel ipso Pilato iudice) blasphemiam fuisse: vt constat ex illo Matthæi vigesimosexto: *Blasphemauit: quid adhuc egemus testibus?* Et ex illo: *Hic dixit: possum destruere templum Dei: & in triduo reedificare illud.* De his enim delatores conuicti

funt

80

Christus ve
hemēser sen
sit suæ mor
tis ictus.

Cur Chri
stus noluit
bibere vinū
myrrhatū.

81

Nota mise
rabiles viro
rum ingen
tium casus.

Omnes de
bent in stu
porem fieri
ob mortem
Christi.

82

Arguitur
primo quod
Christus in
conuenien
ter subierit
Crucem.

Arguitur
secundo ad
idem.

Arguitur
3. ad idem.

83

Arguitur
4. ad idem.

85

tunt Christum Dominum, atque calumniati apud præfides. Cum igitur si legem spectes, blasphemi non cruce puniri, sed potius lapidibus obrui, & submoueri deberent: vt patet Leuit 24. sequitur quod Christus Dominus non lignum subire deberet: sed tantum lapides.

Quod si occurras, vt occurrunt multi: Christum Dominum non fuisse mulctatum ad normam Iudaicæ legis: sed ad ritum ritus Romani: penes quos supplicium hoc crucis exstabat in vsu. Contra obijciam, quòd ritus Romanæ plebis non erat agere in crucem fontes omnes, etiam vilissimos: sed tantum grassatores, latronesve celeberrimos: aut etiam parricidas: iuxta recensita superius. Cum igitur Christus Dominus insimulatus non fuerit, nec vlllo pacto accusatus de latrocinio vel etiam de parricidio: sequitur quod nec iure Romano potuit in Crucem efferri.

84. QVOD si propter hæc malueris rem actum fuisse cum Christo, non quidem Romano more: sed potius Iudaico: nam etiam apud Iudæos crux erat in vsu: auctore Philone Iudæo, libro de specialibus legibus superius citato. Occurram vrgentius, dicendo: crucem nullis irrogatam atque addictam fuisse, vel etiam adigi posse, iuxta morem Iudaicum, nisi homicidis dumtaxat: vt habet ipse Philo vbi supra. Ergo nullo iure videtur quod Christus posset subire crucis torcular, intra Iudaica iura.

Arguitur 5. ad idem. DENIQUE, nam ratio est, & optima ratio, vt fidelibus renatis ex Deo nullum ob parentes suos posset obiectari cõuitium. Cum tamen fidelibus nobis probro, & opprobrio detur, & contumeliæ obijciatur, quod homines hominem ab hominibus grauitè torsum, & insigni affectum supplicio suppliciter recolamus, & tota mète adoremus. Non ergo tã probrosum debuit pati Christus supplicium.

85. ADDE quod non tantum præuia ad supplicium crucis Christus perpeffus est: sed & plurima alia, non minus, sed forte duriora. A discipulo etenim venditus, & proditus est triginta argenteis: iuxta illud Matthæi vigesimosexto: *Quid vultis mihi dare, & eum vobis tradam? at illi constituerunt ei triginta argenteos.* Et mox: *Qui autem tradidit eum, dedit illis signum dicens: quemcumque osculatus fuero, ipse est, tenete eum.* A reliquis, præterea, discipulis desertus est: iuxta illud Matthæi vigesimosexto: *Tunc discipuli omnes, relicto eo, fugerunt.* A seruo etiam alapa cæsus est: iuxta illud Ioannis decimo octauo: *Vnus assistens ministrorum dedit alapam Iesu, dicens, sic respondes Pontifici? A falsis testibus est accusatus: iuxta illud Marci decimo quarto: Multi testimonium falsum dicebant aduersus eum.* Reus mortis iudicatus est & blasphemus: iuxta illud Matthæi vigesimosexto: *Dixerunt reus est mortis.* Marci decimo quarto: *Summus sacerdos scidit vestimenta sua, & ait, audistis blasphemiam? A commendatori discipulo, vtique à Petro, abnegatus est: iuxta illud Marci decimo sexto: *Petrus negauit coram omnibus.* Colaphis palmisq; percussus, consputus & illusus est: iuxta illud Matthæi vigesimosexto: *Expuerunt in faciem eius, & colaphis eum ceciderunt, alij autem palmas in faciem eius dederunt, dicentes, Prophetiza nobis Christe quis est qui te percussit? Spinis coronatus est: iuxta illud Matthæi vigesimoseptimo: *Plectentes coronam de spinis posuerunt supra caput eius.* Productus etiam à Pilato & ostentui habitus: iuxta illud Ioannis decimonono: *Exiuit ergo Iesus portans coronam spineam, & purpureum vestimentum: & dicit eis, ecce homo.* Inter duos latrones Crucifixus est: iuxta illud Lucæ vigesimotertio: *Crucifixerunt latrones, vnum à dextris & alterum à sinistris.* Vnde Christus sola horum anticipata contemplatione horrifica, sanguine maduit, Lucæ 22.**

85. Multa vltra Romanorum ritus Christus perpeffus fuit in Cruce.



TERTIA PARS QVAE- STIONIS.

De conuenientia passionum Christi in particulari.

CAPVT PRIMVM.



ED, ô mirabilem Deum! Vidimus Iesum propter passionis mortem gloria & honore coronatum. Vt ad Hebraeos 2. inquit Apostolus: vidimus & nos, propter eandem Crucem, à mortis solutos chirographo: vt idem ad Colofenses secundo testatur: & conuenientiam Crucis adhuc reuocamus in dubium? Imò (quod durius est) Crucem ipsam tanquam solecismis infamiae & ignominiae deformitate pollutam nostrorum verborum vitio criminamur.

Sed absit criminer ego Dominicam Crucem: quin potius, vt alter Paulus ad Ephesios tertio, genua mea flecto ad Patrem Domini mei Iesu Christi, vt det mihi comprehendere cum omnibus Sanctis, quae sit longitudo & latitudo, sublimitas & Crucis profundum: non quidem vt argute tantum, sed accurate & pie habere praebereq; possim supereminente scientiam charitatis Christi: simul atque notitiam, quare sic ipse passus, quare sic Crucis affixus.

Licet enim ad fastigium sui ac nominis exaltationem, ad Philipenses secundo, & etiam ad salutem nostram atque solutionem dixerit, ad Titum tertio, D. Paulus, quod Christus talem Crucem subierit: adhuc non quiescit animus, nec fit satis menti, ni sciat quare mitiora nobilioraque alia non subiit supplicia Christus: siquidem mitiori morte eadem immittere comoda, & praemia pariter poterat reportare. Hoc opus hic labor est. Quod vt absoluant sancti, pulchras, per plurimasque rationes excogitarunt: ex quibus ego non colligam, sed eligam tantum: ponam, sed non euoluam prolixè: ne omnia quaestionibus conferam.

PRIMA igitur ratio, eademque sufficiens, quam rationum ille grandis appensor adfert, videlicet diuus Thomas tertiam parte, quaestione quadragesima sexta, articulo tertio, ad probandum passionem Christi conuenientissimam fuisse, ista est. Quod scilicet tanto aliquis modus conuenientior est ad assequendum finem, quanto per ipsum plura concurrunt quae expediunt fini. Per hoc autem (inquit diuus Thomas) quod homo per Christi passionem est liberatus, multa concurrunt ad salutem

hominis pertinentia praeter liberationem à peccato. Primò enim per hoc homo cognoscit, quantum Deus hominem diligat: & per hoc prouocatur ad Deum diligendum; in quo perfectio humanae salutis consistit. Vnde Apostolus dicit Rom. 5. Commendat suam charitatem Deus nobis, quonia cum inimici essemus, Christus pro nobis mortuus est. Secundò. Quia sic dedit nobis obedientiam, humilitatis, constantiam, iustitiam, ac reliquarum virtutum, quae in passione Christi effluxere, exemplum efficacissimum, vt sequamur & nos: iuxta illud 1. Pet. 2. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. Tertio quod his arbitrijs maior induta est necessitas homini, sese conseruandi immunem & indemnem à culpa: & vt veris se pretijs aestimaret & penderet, videns se Christi sanguine redemptum fuisse, Ex quo illud 1. Corinth. 6. Empti enim estis pretio magno: glorificate & portate Deum in corpore vestro.

Reliquas pro re ista congruentiae rationes, & causas consulto missas facio: vt ad caput sequens: in quo ex professo huius rei sermo redibit.

CAPVT SECVNDVM.



CONVENIENTIA autem Christi mortis in ligno, agens Leo Papa sermone sexto de Passione Domini, & Damascenus libro quarto fidei, capite duodecimo, & Hieronymus ad Galatas tertio, dicunt: opportuisse vt Christus passus esset in ligno ad hoc vt erigeretur per lignum ligni lapsus. Ex quo illud Ecclesiae: Vt qui in ligno vincebat, in ligno quoque vinceretur. Et illud eiusdem: Et medellam ferret inde, hostis vnde laserat. Et illud Canticorum octauo: Sub arbore malo suscitavi te: ibi corrupta est mater tua: ibi violata est genitrix tua. Vbi per arborem, malum, Crux Domini subintelligitur: iuxta magnum Gregorium & alios. Et lectio Hebraea interpretationem hanc non leuiter praenunire videtur: dum pro his duabus vocibus: Arbore malo, habet Punicam, hoc est malum punicam: vulgo Granado. Constat autem malum punicum gerere egregium Christi patientis in Crucis arbore symbolum: quia vt huiusmodi malum suo pte ingenio dehiscit, & abruptitur medio, vt pinguescant sui acini, atque dilatentur: sic Christus pendens in Cruce medius abruptus est, & plene disruptus, vt fidelium, sibi commissorum, acini virtute pinguescerent, & vegetarentur spiritu.

88
Quare Christi in ligno passus est.

Explicatur locus Cat. 8

86

Dicendorum exordium.

87

Prima ratio conuenientiae passionis Christi in Cruce.

89

Explicatur
locus Hiere-
miae 11.

ITEM & illud Hieremiae undecimo, numero decimonono: *Venite mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viventium.* Hoc enim elogium, vt vtar Hieronymi verbis, omnium Ecclesiarum consensu de Christo Domino subintellectum est. Singulariter tamen hanc mentem tutati sunt & secuti Hieronymus ipse ibidem; Cyprianus, libro secundo contra Iudaeos, capite 15. Lactantius, libro 26. capite 18. Isidorus libro 1. contra Iudaeos, capite 35. Tertullianus contra Iudaeos; Iustinus contra Triphonem; Ruffinus in expositione symboli, & alij alibi. Et tanti testimonium hoc ab heroicis vsque temporibus ductum est: vt à Iudaeis olim de ipsorum codicibus expunctum fuisse, in Christi odium, afferret vbi supra Martyr Iustinus.

Explicatur
locus ex
Psal. 95.

Illud deniq; ex Psalmo 95. est satis ad rem: videlicet: *Dicite in Genibus quia Dominus regnavit à ligno.* Licet enim in vulgata editione non habeatur illa particula, à ligno, neque in Hebraeis fontibus: tamen quod liuore Hebraeorum, expuncta sit abraque ab eis (vt potè quoniàm Iudaeos argute premebat) asserit Iustinus Martyr vbi supra. Et hanc, quam nos modo produximus, lectionem retinent ac referunt viri praecelari: vtique Tertullianus contra Iudaeos, capite decimo, & duodecimo, Leo Papa sermone quarto de Passione, Cyprianus libro de Monte Sina & Sion, Augustinus & Arnobius in illum locum, Ambrosius primae Corinthiorum decimoquinto, & Isidorus vbi supra: imò & septuaginta interpretes: quae (licet nostro Genebrardo auctore) addiderint vocem à ligno (quia is fuit modus vertendi veterum, vt paucula obiter intercalarent, qui perspicuitati mysterij & explanationi interuissent) tamen, vt Pamela defendit super Tertullianum recensitum modo, haec omnino erat germana legitimaque illius loci lectio: vt vel Ecclesiam ipsam corroborasse videtur, dum Fortunati Episcopi hymnus, de Cruce recinendo canit: *Impleta sunt quae concinit, David fidelis carmine: dicens in nationibus, regnavit à ligno Deus.* Et constat nullum aliud David carmen condidisse, in quo cantauerit Christum à ligno regnasse, praeter inductum carmen ex Psalmo 95. Et proinde constabit vocem hanc à ligno, non de suo interposuisse Septuaginta, sed, vt vere contentam in contextu, fideliter expressisse.

90

Antiquitas
septuaginta
Interpretum.

Et esto addidissent de suo, perspicuitatis causa: adhuc cum hoc praestitissent non sine prophetico spiritu: vt potè quod tercentis circiter annis ante aduentum Christi id praedixerunt: consequens fit eorum additamentum quasi pro contextu esse, & litera reputandum; & proinde maximi habendum: ac tandem versiculum istum maximum momentum referre pro conuenientia & ratione Christi mortis in ligno. Designatur enim hac voce Christum per Crucis lignum, tanquam per hastam & arcum aduersarium vicisse, & reg-

num ac diadema sibi manu forti, & valida compassasse: & proinde lignum, maximo maximo Deo vtui quondam fuisse: ac denique conuenienter in ligno passum esse.

CAPVT TERTIVM.



CONVENIENTIA mortis Christi in excelsso, & quare non humi, sed sublimi pependit, agens Chryostomus tomo tertio, homilia de Cruce & latrone inquit: ob id in excelsso, & non subiecto passum fuisse Dominum: vt aeris munderet naturam: & qui deambulatione sua sanctificauerat terram, suspensione sua sanctificaret & aerem.

Agens de eodem etiam Lactantius libro quarto de vera sapientia, capite vigesimosexto, ita inquit: *Ilia quoque praecisa fuit causa cur Deus exaltatus mori maluerit: quia & ipsum fuit exaltari necesse, & vniuersas gentes eius passionem cognoscere. Et quoniam is qui patibulo pendet conspicuus omnibus, & ceteris fit altior: ideo Crux potius electa est, quae significaret illum tam conspicuum, tamque sublimem fore: vt ad eum cognoscendum pariter, & colendum cunctae nationes ex omni orbe concurrerent.*

Horsum numerorum illud capite vigesimo primo: *Fecit Moyses serpentem aneum, & posuit eum pro signo, quem cum percussi aspicerent, sanabantur.* Cui affine est illud eiusdem Christi Ioannis tertio: *Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis: vt omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitam aeternam.* Haec enim duo elogia Cyrillus de Incarnatione Vnigeniti, capite decimoquarto, Tertullianus libro tertio contra Marcionem, Iustinus in Triphone, Ambrosius sermone quinquagesimoquinto, Augustinus libro duodecimo contra Faustum, capite trigesimo: imò & ipse Chryost. vbi supra pro eodem reputant, & referunt ad Christum pendentem, & appensum in Cruce.

Horsum etiam illud Exodi decimo septimo: *Cum leuaret manus Moyses, vincebat Israel: fugauitq; Iosue Amalech.* Hoc enim elogio valde commendatum mysterium Crucis eiusque trophaeum, asserunt Iustinus in colloquio, Cyprianus libro secundo contra Iudaeos, capite vigesimoprimum, & sermone de Passione Domini, Irenaeus libro quarto, capite quinquagesimosexto, Tertullianus tertio contra Marcionem, August. 12. lib. contra Faustum, capite trigesimo, & Ambrosius sermone 56. Cui affine est illud ex Psal. 140. *Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum.* Cyprianus enim lib. 2. ad Quirinum, capite 20. Augustinus super eum locum & alij interpretantur de Christo in Crucem sublato, & animam erga nonam horam agente, vt sacrificium consumaret.

91

Quare Christi
sublimi pependit.Explicatur
multa Scri-
pturae testi-
monia.

92

HORSVM præterea illud Exodi vigesimo-
nono: *Incendes super altare in holocaustum odo-
rem suauissimum in conspectu Domini, quia obla-
tio eius est: sumensq; pectusculum, eleuatumque co-
ram Domino sanctificabis, & in partem tuam ce-
det.* Quod Cyrillus libro quarto in Leuiticum,
& Anselmus in speculo capite decimotertio,
intelligunt de Christo eleuato in crucis pa-
tibulo vt causam nostri ageret. Cui affine est
illud Canticorum septimo: *Dixi, ascendam
in Palmam, & apprehendam fructus eius.* Quod
etiam Tertullianus tertio contra Marcionem,
Cyprianus in sermone de Passione Domini,
& Gregorius Canticorum septimo interpretantur
de illa processissima Crucis Domini-
cæ arbore ad quam Christus ascendit vt no-
bis colligeret bona, cui mentis apta: iuxta
illud Genesim quadagesimonono: *Ad prædã as-
cendisti fili mi.*

Cruce Chri-
sti compara-
tur Palmæ,
& cur.

Et congruenter satis per Palmam signata
est Dominica Crux. Tum quia sicut Palma
inferius tacta aspera est (verba sunt Grego-
rij, libro decimonono Moralium, capite de-
cimosexto) & quasi aridis corticibus obu-
luta: superius vero & visu & fructibus pul-
chra: sic Christi Crux in stipite tristis, insua-
uis & rigida, vtpotè ossibus, cranijs, monteq;
Caluario confita est: in summitate autem hil-
laris, mollis, atque iucunda, vtpotè continens
illum in quem desiderant Angeli prospicere:
& nomen illud Iesus, sicut oleum effusum.

Tum quia sicut Palma habet quo à cunctis
arborum generibus differat: cum omnis ar-
bor in suo robore iuxta terram vasta subsistit,
(etiam hoc est verbum Gregorij vbi supra)
sed crescendo superius angustatur, & quanto
paulisper sublimior, tanto in altum subtilior
redditur: Palma vero minor ab imis inchoat,
& iuxta ramos, ac fructus ampliori robore
exurgit, & quæ tenuis ab imis proficit, va-
stior ad summa succreuit. Sic Crucis lignum
habet quo à reliquis lignis atque fructibus dif-
ferat velut Palma. Inferius enim Christi Do-
mini pedes simul vno clauo pertusos atque suf-
fixos refert, ex communi structura: super-
nè autem eiusdem Domini brachia expan-
sa patentiaque sustinet: simul cum nomine il-
lo ante quod caelestium, terrestrium, & infer-
norum genu curuatur.

93

Ingens Pal-
mæ robur.

TVM QVIA sicut Palmæ lignum nullo,
quantumuis grauissimo pondere flectitur: sed
potius in molem ponderis contra nitens sese
surrigit altè: sic Crux Dominica, non solum
pondere illo, quo salus omnium appetiata
est & coempta, non deflexit: sed vsque adeo
se extulit, comamque leuauit, vt parem cum
Deo ipso (sanè id intelligas) locum pos-
sideat.

Tum quia veluti Palma fert fructus fruges-
que iucundissimas, vtique dactilos, alias, di-
gitos; à similitudine digitorum ita vocatos,
iuxta Isidorum libro decimosextimo Etymo-
logiarum, capite septimo: sic Crucis Domi-

nica arbor dactilos, hoc est digitos, imò &
manus, quia imò & brachia illa amplexus sup-
peditantia, extremaeque mundi horas simili-
ter complectentia, & vberima nobis sidereaq;
dona erogantia, velut segetem defert.

Tum quia velut Palma non solum virens,
sed inter virentes arbores viridissima est: sic
quasi Crux Dominica viriditatis colorem præ-
reliquis affectasset, viridis prope semper de-
pingitur, & viriditatis amicitur colore spe-
ctabili.

Quare Crux
Dñi deli-
nectur viri-
dis coloris.

Tum quia vt Palma ætatem longissimam
agit, propter quod diuturnæ ætatis imaginem
repræsentat, iuxta illud Iob vigesimo nono:
Sicut palma multiplicabo dies eius. Sic Crux Do-
minica tantas sæculorum ætates actura est, vt
postquam sublunaria composita conflagratio-
nis igne ad diem iudicij concidant, & in cine-
res abeant, Dominica Crux, tanquam fulgen-
tissimum sydus, apparebit in cælo, cum Do-
minus ad iudicandum venerit.

Sanè diuturnitate tanta Palma præeminet,
vt Isidoro teste Etymologiarum libro deci-
mosextimo, capite septimo citato, hac vna
de causa eam Græci vocarint Phœnicem, ex
nomine auis illius, ex Arabia, quæ multis an-
nis viuere perhibetur. Quod nomen etiam ab
ipsismet sacris literis inditum Palmæ est, siqui-
dem vbi nos legimus Iob 29. *Et sicut Palma
multiplicabo dies.* Hebræi legunt, & etiam Ter-
tullianus de resurrectione, capite 13. Caieta-
nus & alij: *Sicut Phœnix multiplicabo dies.* Et
ideo meritò symbolū Crucis Dominicæ agit,
quæ tãtis sæculorum curriculis duratura pro-
ponitur.

Tum quia sicut Palma (teste Isidoro vbi su-
pra) eo dicta fertur, quia ornatus est manus vi-
ctricis, atque victoriæ veræ signum irrefragabile:
sic Crux Dominica victoriam verissimam
illam atque portentosissimam refert, quam Chri-
stus Dominus à Sathana reportauit. Et quia
tropheum est, quod Christus crexit in signum
tantæ victoriæ; ideo quotiescumque dæmoni
obijeitur & proponitur Crucis signaculum fu-
gatur, & è coram propellitur, præoccupatus
stomacho tantæ ruinæ.

Palma cur
ita dicta.

Tum denique: nam sicut Palma est arbor sti-
pite recto, multis velut gradibus circumval-
lata, per quos ad summitatem patet ascensus:
sic Crux Dominica, recta & erecta cum sit,
tot est circumvallata quasi scansionis gradibus,
vt ad eam omnes maiori vel minori, duriori
vel etiam mitiori sanctitatis & pudoris gradu
possint conscendere. Vnde præter authores
supra citatos, Cyrillus libro octauo super Ioã-
nem, capite nono, Hieronymus super Iob
vigesimo nono, & Gregorius super septimum
caput Canticorum interpretati sunt per Pal-
mam prædictam, Crucem Domini: cuius fru-
ctus, Christus ipse scandens ad illam, tulit,
& manibus erogauit pertusis,
& perforsis, ac per-
foratis.

Descriptio
palmæ ar-
boris.

CAPVT QVARTVM.



DE CONVENIENTIA insuper passionis Christi in cruce quadrilatera superius depicta, agens Damascenus libro quarto fidei, capite duodecimo, ita inquit: Sicut quatuor extrema crucis per medium centrum vincuntur: sic per diuinam potentiam, omnis sublimitas & profunditas, longitudo & latitudo media cruce trahuntur. Ex quo illud Ioannis, duodecimo: Ego si exaltatus fuero à terra omnia traham ad meipsum. Agens etiam Augustinus de eodem, ita sermone 181. capite quarto, scribit: ipsa crux magnum in se mysterium continet: cuius positio talis est, vt superior pars caelos petat, inferior terra inhaereat fixa, in infernorum ima contingat, latitudo autem eius partes mundi appetat: Quia & Christus per passionem crucis Angelis in caelo profuit, quorum numerus ex animabus hominum adimpletur: & nobis, qui sumus in terra, & illis, qui detinebantur apud inferos: sed & ipsis, qui in diuersis mundi partibus habitabant. Huiusmodi diuini Pauli illa ad Ephesios primo: Quem (scilicet Christum crucifixum) proposuit Deus instaurare omnia, quae in caelis & quae in terra sunt. Et ad Colossens. 1. Per eum reconciliari omnia in ipsum pacificans per sanguinem crucis eius, siue quae in terris, siue quae in caelis sunt. Similia repetit Augustinus epistola 119. capite 41. & epistola 120. cap. 26. & epistola 112. cap. 12.

GREGORIUS Nissenus, libro catachetico, capite trigesimo secundo, & Zacharias libro quarto, capite 170. in Monoteron Euan gelicum, agentes de huiusmodi causa expresse inquirunt, quod Apostolus ad Ephesios tertio, moralem sacrosanctae Crucis figuram descripsit, cum ait: In charitate radicati & fundati, vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quae sit latitudo & longitudo, & altitudo & profundum. In latitudine (inquirunt) opera charitatis significat: in longitudine perseverantiam sanctae conuersationis usque ad finem: in altitudine spem praemiorum: in profundo inscrutabilia iudicia Dei.

Citati praeterea auctores communi consensione constituunt, eo conscendisse Christum crucem quadrilateram, vt vere Magistrum ageret docentem à cathedra longitudinem latitudinem, profundum, & sublimitatem. Hoc est, iuxta nostrum Bernardum sermone primo de resurrectione: vt è cruce tanquam primarius potissimusq; magister doceret charitatem, quae reliquis virtutibus eminet; obedientiam quae à dextris; patientiam quae à sinistris, & virtutum radicem, nimirum humilitatem, quae in profundo defigitur. Et licet auctore Aug. tract. 119. in Ioan. non sederit Christus in hac sapientiae summæ cathedra, stetit nihilominus: & sic docere potuit, & docuit tam verbis quàm etiam exemplis, & ipso corporis habitu, quae docenda susceperat.

Agens denique de hac ipsa re Sedulius lib. 5. Carminum ita metricè occinuit:

*Nè ve quis ignoret speciem crucis esse colendam
Quae Dominum portauit ouans ratione potenti,
Quatuor inde plagas quadrati colligit orbis.
Splendidus aethoris de vertice fulget Eous,
Occiduo sacra lambuntur sidera plantae,
Arcton dextra tenet, medium laeva erigit axem,
Cunctaq; de membris viuunt natura Creantis,
Et cruce complexū Christus regit vniuersū mūdū.*

CAPVT QVINTVM.



DE D E ligno suppedaneo: quod est veluti quinta pars Dominicae Crucis, illud possemus subijcere, & notare mysterij cum maximo assertore illius Irenaeo, cap. 42. libri 2. quod Dominica Crux quinarium numerum attingit per huiusmodi asserculum; utpote quae ipsa quadrilatera in extremis existens, necessum est, vt quinarium attingat, ex quo in stipite recto asserculus, atq; lignum suffigitur ei. Quinarij autem numeri tot praerogatiuae sunt, & praestantiae, vt, vel propter istam causam, credantur multa, quae maximum mysterium continent, ad numerum quinarium redacta: quae Irenaeus ipse vbi supra recenset & notat.

Notat enim quod hoc nomen, Pater, quinque sortitur literas; & quod Dominus noster quinque panibus in deserto satiauit quinque millia hominum, Ioannis 5. & quod sapientes virgines quinque sunt, & totidem stultae: & totidem etiam qui adfuerunt Christo transfigurato: & totidem porticus piscinae natatoriae: & totidem manus hominis digiti, ac totidem sensus hominis: & tandem totidem libri Moysis. Et congruum erat, vt crux, quae omnia complecti debebat, & trahere vt omnipotentis manus, quinque velut digitis constaret & membris: & quae perfectionem reliquis erat latura, in se contineret illam quam omnia perfecta continent.

Possumus praeterea quinarium hanc Dominicae crucis figuram accommodare, & aptare congruè ad quinarium illud, quod ad Ephesios 3. Paulus tantopere optauit, vt cognosceremus & nos: utique latitudinem, quae in extensione manuum consistit ad omnia opera: longitudinem, quae in statu recto cum perseverantia, & longanimitate fundatur: altitudinem quae gloriam animae vnicae suo capiti, utique Christo, refert: profundum, vbi pars illa ligni, quae in abdito terrae defixa latet, sed inde confurgit illud quod eminet: per quod significatur abyssus iudiciorum Dei, ad quae tamè vocatur, alius sic, alius vero sic: & tandem super eminentem scientiae charitatis Christi: exprimentem pacem illam, utiq; pacem Dei, quae exuperat omnem sensum: & etiam explicantem nimiam charitatem illam qua Deus dilexit nos: & eam similiter qua nos redamare tenemur, & vicem rependere illi.

CAPVT

95
Quare Christus in cruce quadrilatera passus.

96

Audi ex Bernardo.

97
Quare in cruce Christi lignum suppedaneum

Nota ex Irenaeo.

Explicatur locus Pauli ad Ephes. 3.

CAPVT SEXTVM.



E CONVENIENTIA tituli super Christi caput erecti, vt causam mortis eius exprimeret, agens Chrysoftomus, homilia octuagesimaquarta in Ioannem, ita ait: *Cum Christum tanquam prauum tradidisset Pilatus, & sententiam hanc latronum societate confirmari vellet, ne quis tam turpem mortis notam inurere, & tanquam malum & perditum eum accusare posset, vt calumniantium os obstrueret, in Regem suum insurrexisse denuntiat: & tanquam trophæo cuspiam literas insculpsit, clara voce, & victoriam, & regnum profertentes.* Agens etiam Augustinus de reapse Psalmo quinquagesimo sexto, ita scripsit: *Ad exprobandam frontem Iudæorum, quod à Rege suo manus non abstinnerunt, posuit, & noluit deponere inscriptionem tituli.* Et eo loci, ad huiusmodi rem inducit idem Pater titulum illum Psalmo quinquagesimo octauo, qui iuxta Septuaginta versionem, ita inquit: *Ne corrumpas tituli inscriptionem.* Quasi per id cautum esset Pilato, vt indelebiter scriberet, quod semel in re ista scriberet. Et eodem modo ratiocinatur Cassiodorus tam hic quam Psalmo 55.

Sedulius etiam agens vbi supra de hoc, ita cecinit:

*Scribitur & titulus hic est Rex Iudæorum,
Quo nihil à Deitate vacet: nam cælitus actum
Hoc Hebræa refert, hoc Græca, Latinaq; lingua,
Hoc docet vna fides vnum ter dicere Regem.*

Et sanè in titulo hoc mirabile illud, & toto orbe recolendam occurrit quod præcipuis totius orbis sermonibus atque linguis inscriptio tituli exarata fuerit. Et non quidem partim Hebræicè, partim Græcè, partim Latine, vt aliqui putant: sed totus titulus integer tribus idiomatis (vt notat Toletus Ioannis decimonono) fuit scriptus: vt legi facile vel à prætereuntibus posset, & à multis etiam externis, qui Hierusalem conuenerant pro Paschate illo. Vnde congruè aptare possemus illud Abacuc secundo: *Exara diligenter super tabulam, vt percurrat qui legerit.*

CAUSAM autem ob quam tot tamque diuersis conscriptus est characteribus Dominicæ Crucis titulus, præter eam quam nuper intulimus, subiunxit Theophylactus, quasi expositiuam illius, dicendo Lucæ vigesimo tertio: *Hoc, licet non è mente scribentis, symbolum fuit, quod potentissimi gentium, quales Romani: & sapientissimi, quales Græci: & religiosissimi, quales Hebræi, regno Christi subijcendi essent.* Vnde cum vocatio omnium linguarum, & omnium populorum ad agnitionem filij Dei ineluctabilis, ineluctabilis, & indelebilis erat: non secus ac ipsum verbum Dei quo repromissa fuerat: esto oblatrarent, & homines in contrarium obsisterent: sic ver-

bum quod Pilatus expressit in huiusmodi titulo, expressit indelebiter: etiam si gannirent, vel potius vociferarent, & in contrarium obsisterent Iudæorum maledici.

Et indelebiter adeo descriptus est iste titulus, vt hodie in vrbe Romana penes sanctæ Crucis sacellum (vt Toletus notat vbi supra, & Baronius anno Christi trigesimo quarto, numero centesimo decimonono) integer asseruetur: quamuis propter vetustatem exelus aliqua ex parte.

Et, vt notat ibi Baronius, scriptus legitur titulus iste eo ordine quo à Ioanne ponitur: nempe Hebræicè, Græcè, & Latine: ita tamen vt in ipsius ordine nobilior locus, & prior linguæ Latinæ, nouissimus vero Hebræicæ, medius vero Græcæ concessus sit: vt vel sic notetur primatus Ecclesiæ Latinæ super Ecclesias reliquas: quia locus vltimus in sedendo, procedendo & recumbendo primus, & potissimus erat in ordine senatorio, primus autem erat nouissimus.

CAPVT SEPTIMVM.



CONVENIENTIAM flagellationis Dominicæ inumbrant illa verba Isaïæ trigesimo tertio: *Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra: disciplinam pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus.* Cum enim duobus nominibus humanum genus in culpa esset (vt notat ibi Montanus;) altero inolentia & improbitatis in scelere admittendo; altero contractæ & penitus penetrantis vitiositatis ex qua morum peruersitas oriebatur, plagas tunctionesque requirebat: vt expiarentur scelera, & intestina etiam propellerentur vitia. Vnde sicut medici ad noxium propellendum humorem infligere solent plagas, medijs torturis vel etiam cucurbitulis (vulgo *ventosas*) applicatis: ita ad propellendos noxios humanæ gentis tumores intestinalisque prauitates oportuit infligere Christo seuerissimas plagas: quoniam cunctorum hominum speciem gerebat, & agebat personam.

Idem inumbratur præterea vaticinio illo Isaïæ, quod iuxta Septuaginta interpretes sic habet in capite quinquagesimo: *Dorsum meum dedi in flagella.* Cui satis similis est vulgata editio quæ habet: *Corpus meum dedi percutientibus.* Vtramque enim lectionem attemperant Sancti Patres, & applicant flagellis Christi, præsertim Irenæus, libro quarto, capite sexagesimo sexto, Origenes in Matthæum, capite vigesimo sexto, Cyprianus libro secundo ad Quirinum capite decimotertio, Tertullianus libro tertio contra Marcionem, Iustinus Martyr in secundo Apolog. pro Christianis, Athanasius ad Epi-

Quam indelebiter exaratus crucis Christi titulus.

Expède magis omen pro Ecclesia Latina.

100

Quare Christus flagellis cæsus. Explicatur locus Isaïæ 53.

Explicatur locus Isaïæ 50.

98

Quare super caput Christi titulus obscurus sit.

99

Cur titulus crucis Christi varijs fuerit linguis exaratus.

99

Cur titulus crucis Christi varijs fuerit linguis exaratus.

etiam contra hereticos, Leo Papa, sermone quarto & quinto de Passione Domini, Prosperus de prædictionibus Dei parte 2. capite vigesimo secundo in fine, & parte 3. promiss. 19. de contumelijs in Iesum, Eusebius libro sexto, capite vigesimotertio, & alij. Et merito dorsum Christi describitur flagellis expositum: siquidem latrocinium Adam, & omnium posterorum suorum immeritus ipse tantorum criminum expiare veniebat, & cumulatissime soluere: iuxta illud Psalmi sexagesimo octauo: *Quæ non rapui tunc exsoluebam.* Constat autem furtum expiari flagellis, & solemnem germanamq; pœnam cuiullibet furti flagellationem esse.

Satis præterea cõgruè flagellationem istam voluit Christus pro hominibus pati: vt nos à flagellis eriperet quæ æternam hominibus interminabantur vitionem. Vnde post flagella ista, aptè 90. Psalmo iustificatis hominibus intimatum est: *Non accedet ad te malum: & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.* vtique sempiternum flagellum.

PRÆTER QVAM; quod vt Christus Dominus verè se ostenderet cunctis vt verè seruuum, decuit vt flagellationem subiret. Licet enim virgis, aut fustibus cædi liberis etiam contingeret: flagellis nihilominus verberari seruorum dumtaxat erat: vt ex scriptoribus præcis obseruauit Toletus super caput Ioannis decimum nonum, & Baronius tomo primo Annalium anno Christi trigesimo quarto, numero octuagesimotertio. Vnde Euangelista consultò, & ex composito dixit: *Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit.* Non enim dixit quod cum verberibus cæsit, aut quod verberauit: sed quod flagellauit: vt sic ostenderet rem actam fuisse cum illo vt agebatur, & agi posset cum seruo. Est autem flagellum (vt notat Toletus vbi supra) quo aurigæ vtuntur: quod excussum clarum reddit sonum: idemque significat quod lorum. Quare horrifonum vocari consuevit, iuxta illud Valer. Flacci, libro septimo:

Ipsum angues, ipsum horrifoni quatit ira flagelli.
Hinc etiam est Virgil. illud 5. Aeneid.

Signum clamore paratis.
Epidides longe dedit, insonuitq; flagello.

Quod discrimen etiam insinuauit Paulus, secundæ Corinthiorum 11. inquiens: *A Iudæis quinque quadragenas vna minus accepi: ter virgis cæsus sum.* Insinuat enim se cæsum fuisse à Iudæis, non quidem virgis, tanquam liber: sed flagello, tanquam seruus: à Romanis autem è contra: vt potè quod Paulus ciuis Romanus à natalibus esset: qui tanquam liberi, non poterant cædi flagellis. Vnde cum ipsi Paulo iam iam imminerent flagella Actuum vigesimo secundo repente dimissa sunt, eo quod ipse clamauit se ciuem Romanum esse. Nec incongruè vapulauit vt seruus, qui vapulauit pro seruis: imò & pro

seruis peccati, vtique pro hominibus peccato deuictis atque profligatis. Præterquam quod cum illa solutio Deo creditori fieret, respectu cuius solutor, nempe Christus vt homo, serui conditionem gerebat: aptè vapulauit flagellis: siquidem vapulauit vt seruus.

CAPVT OCTAVVM.



CONVENIENTIA deductio nis crucis super humeros Christi agens Augustin. tomo decimo, sermone septuagesimo primo de tempore, ait: impletam esse per hoc figuram Isaac ligna ad sui sacrificium portantis: & Isaia illud capite nono: *Factus est principatus super humerum eius.* Quia ipsa Dominica Crux insigne fuit, & quasi sceptrum regale imperij Christi. Et idem quasi eisdem verbis astruunt Leo Papa sermone octauo de Passione Domini, Cyprianus libro secundo, capite vigesimo primo, & in sermone de Passione Domini, Ambros. quarto libro de Fide, capite primo, & de benedictionibus Patriarcharum, capite sexto, Iustin. in secundo Apologetic. & Tertullianus libro tertio aduersus Marcionem, & libro contra Iudæos, capite decimo, cuius verba sic habent: *Quis omnino Regum insigne potestatis suæ humero præfert: & non aut capite diadema, aut in manu sceptrum, aut aliquam propria vestis notam? Sed solus nouus Rex seculorum Christus, nouæ gloriæ, & potestatem, & sublimitatem suam in humero extulit: Crucem, scilicet, vt Dominus secundum Prophetas regnaret à ligno.*

Impleta etiam sunt per delationem Crucis alia vaticinia notanda: vt illud Genesis quadragesimonono: *Issachar vidit requiem, quod esset bona, & terram quod optima, & supposuit humerum suum ad portandum, factusque est tributis seruiens.* Quod verbum interpretatur Ambros. ad mentem istam, de benedictionibus Patriarcharum, capite sexto. Et illud Exodi quarto, quo refertur Moysen tenentem virgam ingentia mira patrasse tum in terra tum etiam in mari. Et illud Psalmi centesimi vigesimo octauo: *Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitatem suam.* Quod iuxta Hieronymum, & alios, ad hoc mysterium alludit. Et illud Iudicum decimo: *Præcidit Abimelech arboris ramum, impositumque ferens humero, dixit ad socios. Quod me vidistis facere, cito facite.* Quod illustrissimam habet allusionem ad huiusmodi rem, & simul ad illam de qua Matthæi decimo sexto: à Christo clamatum est: *Qui vult venire post me tollat crucem suam, & sequatur me.* Et illud Leuit. 16. *Portauit hircus omnes iniquitates eorum in terram solitariam.* Quod verbum Cyrillus libro nono in Iulianum, & libro 20. super Leuiticum interpretatur de Christo, tanquam de hircu emissario ferente in pheretro crucis omnes transgressiones nostras.

102

Quare Christus crucem vapulabit sibi.

101

Quanam olim seruorum flagella.

Explicatur locus Pauli 2. Cor. 11.

103

Quare crux
Christi dica-
tur clavis.

Et Isaia illud, capite vigesimosecundo: *Da-
bo clauem domus David super humerum eius.*
Quod Chrysostomus, tomo secundo, ho-
milia de diuite, & Augustinus in Psalmo
quadagesimoquinto de cruce Christi expo-
nit. Et merito crux ipsa Christi designatur per
clauem: siquidem vt Augustinus idem to-
mo octauo super Psalmum quadagesimū octa-
uum, & tomo decimo, sermone trigesimoquar-
to de verbis Domini habet: Dominica cruce
obserata reclusaque referantur, & clausa sa-
cris in literis protinus aperiantur.

Propter quod referatur Christus literas
sacras Nicodemo, Ioannis tertio capite, &
duobus discipulis in Emaunta pergentibus,
cruce pro clauis præripuit; exordium enim
tunc desumpsit à cruce. Vt etiam desumimus
nos, propter eandem causam, atque ad eun-
dem effectum, quando in sacris concionibus
cruce ante omnia signamur. Nec immerito
quidem: siquidem (vt perpendit Chrysosto-
mus, tomo tertio, homilia de cruce & latro-
ne) crux Dominica est quæ omnia recondita
aperit. Vt patet ex eo quod latro scripturas
non legerat ab iniquitate nõ cessans, nec Pro-
phetas audierat exercens homicidia, nec ser-
mone Domini attenderat quando ad cædes
gladium acuebat: & tamen crucifixum vi-
dens Regem prædicauit: quia crucis clauem
referantur omnia quantumuis obstrusa. Vnde in
vniuersali iudicio, quando propalanda sunt
inexplicabilia & inscrutabilia hominum cor-
da, & quando Iudæis perfidis corda aperienda
sunt vt Iesum Christum cognoscant, crux
vt magistra clavis vniuersorum obtutibus
adhibenda est. Et denique notabile illud quar-
ti Regum sexto, Elisæi, cum ligno securim de-
mersam quærentis. Hoc etenim vaticinium,
hieroglyphicum est Christi Domini sub cru-
ce quærentis animarum nostrarum securim,
quæ eius vulnerauerat cor, in profundo huius
limi mundique demersam.

His addi possunt egregia Euthymij illa in
Ioanis decimumnonum verba: *Ferebat (inquit)
cruce in humeris, tanquam strenuus miles lan-
ceam qua deiecturus erat aduersarium.* Adde etiam
Ambrosij illa libro decimo in Lucam: *Tu
ergo hic mihi perspice ad tropheum erigendum pro-
cedentem Principem nostrum: non plaustris ad-
nectum aureis, sed pedestrem gradientem in alta:
non inflatum victoria, sed humilem: non elatum,
sed vultu depresso curuum: non alto in throno, sed
ipsum suæ ignominie thronum, nostræ tamen sa-
lutis, & ipsius Christi honoris thronum, proprijs
portantem humeris: non ouantibus, sed ploranti-
bus amicis comitatum: non applaudentibus, sed
conuultantibus populis circumdatum.*

Similiter & illa Augustini tractatu cente-
simo decimonono in Ioannem: *Grande specu-
lum (ita inquit) sed si spectet impietas grande
ludibrium: si pietas grande mysterium. Si spe-
ctet impietas, grande ignominie documentum: si
pietas, grande fidei munimentum: si spectet im-*

*pietas, videt Regem pro virga regni lignum sui
portare supplicij. Si pietas, videt Regem bain-
lantem lignum ad semetipsum figendum quod si-
xurus fuerat etiam in frontibus Regum, in eo
spernendus oculis impiorum, in quo erant glo-
riatura corda Sanctorum, dicturo enim Paulo: Mi-
hi autem absit gloriari, nisi in Cruce Domini no-
stri Iesu Christi, ipsam crucem suam, suo gestans
humero, commendabat, & lucernæ arsura, quæ
submodio ponenda non erat, candelabrum ferebat.*
Adde denique Lactantij ista de Passione Do-
mini.

*Fige animo: & testes, & cæci infanda Pilati
Iudicia, ingentemq; humeros & fessa prementem
Terga crucem: etque graues horrenda ad fune-
ra gressus.*

*Hac nobis calum iter. Ne tu mihi Regum ce-
lebres conuentus, ne pompas, ne cætera quacum-
que ostentes: Christus hæc pro nobis sectatur, vt
sequamur vestigia eius. Hæc Lactant.*

E x h i s explicata manet conuenientia
lascitudinis Christi in crucis deductione.
Non enim regnum ad requiem; sed ad labo-
rem sumpsit: nec ministrari venit, sed mi-
nistrare. Præterquam quod nostra peccata
tulit dum crucem ferebat: iuxta illud quod
de hirco emissario nuper ex Leuitico decimo-
sexto, & ex illo Psalmi centesimi vigesimi
octauo: *Supra dorsum meum fabricauerunt pec-
catores, notabimus.* Et ad ostendendam ac de-
bite explicandam peccatorum molem ap-
posite fatigatus est Christus: quibus haud
mitius quam stimulis peracutis illisus fuit
per viam. Sane tanta est peccatorum acer-
bitas supra acerbitates reliquas, etiam le-
thales, vt Psalmo trigesimo septimo, hæc Da-
uid ingemuerit, & fortes in persona Christi:
*Non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ: non
est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum.*
Vbi, vt clarè videtis, molliorem hominis par-
tem, carnem vtique, infirmatam, & solum infir-
matam, dicit propter Dei iram rigide debac-
chantem in eam: & fortiora sua, nempe du-
rissima ossa, inquit, tremoribus quati, atque
dissensionibus conteri (hoc enim non est esse
pacem illis) à facie peccatorum. Quasi ad desi-
gnandum, per hoc, quod Christus durior fuit
lascitudine pressus ob scelera, quæ tulit no-
stra: quam ob terrificam illam quam
in proprio corpore expertus
est transfixionem.

(.?.)



105
Quid myste-
rij habuit
lascitudo
Christi in
cruce dela-
tione.

Magna mo-
les peccati.

CAPVT NONVM.

106

Quare Christi nudus omnino voluit pendere à cruce.



DE CONVENIENTIA omnino dæ nuditatis Christi in crucem subleuati, agentes Cyprianus ad Quirinū, Procopius in Genes. atque alii, dicunt: impletum fuisse per hoc typum illum nudati Noe iacentis, Genes. 9. in tabernaculo suo, sicque exhausto vino dormietis. Est enim in Christo (inquiūt) vinum, charitas, qua ille inebriatus est: dormitio, somnus in cruce: tabernaculū, ipsum illius corpus, vel etiam Ecclesia. Et proinde decuit nudum eum in cruce leuari, & morti cōcedere. Ex quo Hieremiæ illud, Threnorū. 4. *Ad te quoque perueniet calix: inebriaberis atque nudaberis.*

Explicatur multa scripturæ loca.

Impleta, præterea, sunt nuditate ista vaticinia non pauca. Vt illud Psal. 21. *Ipsi vero considerauerunt & inspexerunt me: diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem.* Quod Iustinus martyr in secundo Apolog. Tertul. contra Iudæos, Eusebius lib. 20. c. 8. & Isidorus lib. 1. contra Iudæos. cap. 38: ad rem istam inducunt. Et illud Genes. 37. *Nuda uerunt Ioseph tunica talari, & polymita:* quod Prosper de prædictionibus parte 1. cap. 26. August. sermone. 81. de tempore ad rem istam accommodant. Et illud Numerorum. 20. quando summus Pontifex Aaron refertur nudatus in monte: vt colligatur, & moriatur ibi. Et illud. 2. Reg. 6. vbi licet per irrisionem atque Ironiam, prophetice tamen, dictum est ad Dauid, quia coram arca Domini nudatus lusit. *Quam gloriosus fuit hodie Rex Israel, discooperies se ante ancillas seruatorum suorum: & nudatus est, quasi si nudetur vnus de scurris:* Et Isaia illud. cap. 20. *Ambulauit nudus, & discalceatus:* Et illud Ezechiel. 23. *Dimittent te nudam, & ignominia plenam:* Hoc etenim verbo totius naturæ humanæ collapsæ & infectæ in Adam nuditas designatur. Ex quo illud Ambrosij de capite nostro Adam, in Apologia. 2. Dauid. cap. 8. *Factus est sibi nudus, postquam factus est reus culpæ: in illo nudata est omnis humana conditio per successionem naturæ, non solum culpæ, sed etiam erumne obnoxia.*

Vnde vñ Christus Dominus confusionem Adæ repararet & Eug. qui nuditatem suā post peccatum erubuerunt: & vt nudatam indueret vt verus homo naturam nudus patibulum crucis, & penitus nudatus ascendit. Ad eum vt cum Iob. cap. 2. diceret, aut dicere posset: vt nos omnes dicim⁹. *Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc:* Et illud Micheæ. 1. *Vadā spoliatus & nudus.* Et illud quod de Ioseph Genes. 39. describitur, scilicet quod pallio relicto impudentissimæ fœminæ declinauit impetum, & nudus euasit ab ea: vt etiam Marci. 14. iuuenis ille sola amictus syndone, nudus omnino profugit ab insequētibus eū, relicta syndone in manibus aduncis illorum.

Audi sanctos Patres de causa nudationis Christi.

Agens præterea Ambros. lib. 12. in Lucam de congruentia huius nuditatis, sic ait. *Refert considerare qualis ascendat. Nudum video. Talis ascendit, quales nos authore Deo natura formauit: talis in paradiso homo primus habitauerat: talis ad paradysum homo secundus intrauit.* Agens deniq; de hac ipsa re Athanasius Magnus oratione de passione Domini & cruce, ita inquit: *Exuebat vestimenta sua: decebat enim eum hominem induceret in paradysum exuere tunicas, quas Adam accepit, cum è paradiso eiceretur.*

Et sanè si iuxta Pauli decretum. 1. Cor. 9. *Omnis qui in agone contendit, ab omnibus se abstinere.* Conuenientissimum fuit vt dum in agone omnium saluator ipse contendit, se se abstinere ab omnibus, etiam à vestimentis. Vt enim Magnus Gregor. homilia. 32. super Euangelia adhortatur. *Nihil maligni spiritus in hoc mundo proprium possident. Nudi ergo cum nudis luctari debemus: nam, si vestitus quisque cum nudo luctatur, citius ad terram deicitur, quia habet vnde teneatur.* Et licet nullum instaret aut posset imminere periculum cadendi Christo Domino, etiam si vestitus ipse cum spiritibus luctaretur nudatis: congruè tamen nudus ad hanc descendit arenam: vt suppeditaret exemplum in eundi certamina nostra omnino nudi: hoc est omnino alienati à rerum sublunariū affectu: quoniam, vt idem Greg. vbi supra ait, *Quid enim sunt terrena omnia, nisi quædam corporis indumenta? Qui ergo contra diabolum ad certamen proferat, vestimenta abiciat, ne succumbat: nihil in hoc mundo amando possideat, nullas rerum labentium delectationes requirat: ne vñ de ad votum tegitur, ad casum inde teneatur.*

108

107

CAPVT DECIMVM.



MDE conuenientia clauorum quibus affixus est Christus, agēs Greg. Nazian. oratione prima Apolog. ante medium, ait. *Manus & pedes Domini clavis confixi sunt atque adstricti, aduersus remissas manus, atque solutos pedes.*

Agens de eodem etiam D. Isidorus lib. 1. contra Iudæos. cap. 26. inquit expletas esse per hoc aliquot notabiles prophetias: vt illa Psal. 21. *Foderunt manus meas & pedes meos.* Quam licet lēctionem Iudæorum perfidia deprauare tentauerit quondam: sic vt non ita legerit, sed isto modo. *Sicut leo manus meas & pedes meos: supple, lacerauerunt.* Verum hoc esse cōmētum & peruersionem literæ vel ipsi Iudæorū proceres testati sunt. Sane Isaac (quamuis Iudæus genere) in libello quem pro Hebraicorum codicum fide exculsit, ingenuè confitetur hunc locum deprauatum esse. Similiter & illa Cantic. 5. num. 5. *Manus meæ distilauerunt myrrham, & digiti mei sunt pleni myrrha probatissima:* Et illa Malachi. 3. num. 8. *Si adfiget homo Deum, quia vos configitis me:* Et illa Zacharię. 12. nu. 10. *Et aspicient ad me quē*

109
Quare Christus clavis confixus in cruce fuerit

Multa loca Iudæorum perfidia deprauata.

confixerunt: Quod etiam Ioannes Apostolus, c. 19. Euangelii, Cyprian. lib. 2. aduersus Iudeos. c. 20. Eusebius lib. 8. demonstrationum, c. 4. Augustinus lib. de Trinitate. c. 13. & 20. de ciuitate. ca. 30. de clauorū Christi transuerberatione explanant. Et addit (ubi subra) Isidorus: vaticinium hoc completum esse quo ad priorem partem in passione Christi: quo ad secundam verò, quæ ait: *Et plangent eum planctu, quasi super unigenitum, & dolebunt super eum ut doleri solet in morte primogeniti*: implendum esse in iudicii die, quando Iudæi videbūt Christum in Patris, & sua maiestate regnantem. Ex quo Paulini illud nota. 9. foelici.

Cognoscant trepidi, quem crucifigere rebelles.

I 10

ET IDEO, quasi ad confusionem perfidiæ, procacitatis, atq; Iudæorum furoris, Christus passus est ab eis transuerberari clavis; & clavis affigi cruci. Præterquam quod sicut Iahel clauo defixit, & exturbauit hostem acerrimum nomine Sifaram (quod interpretatur. *Exclusio Gaudii*. Seu: *Excludens gaudentem*) ut habetur Iudicū. 6. Sic decuit & oportuit quod Christus clauorum ministerio & viu exturbatorem illum veri gaudii, Sathanam nimirum, exturbaret: penitusq; transfigeret. Et merito clavis muniuit se Christus Dominus ut nos ab omni face & inquinamento purgaret, eū clauus puritatis sit symbolum receptissimum. Prouerbiali siquidem forma iactatur. *Purior clauo*. propterea, quod nauticus clauus assiduis fluctibus cum abluatur, nihil fordidum potest tenere. Decuit rursus ut qui arte veniebat arte fallere, iuxta illud Ecclesiastici hymni. *Hoc opus nostræ salutis ordo depoposcerat multiformis proditoris ars ut arte falleret*: clauum assumeret ad submouendū dolum: ut sic dici posset, quod dici consuevit: videlicet quod clauus clauo passus est. Hoc enim dicitur quotiens rem ut cumque molestam diuersa molestia profligamus. Et voluit Christus non metaphoricis, sed germanissimis clavis terebratibus palmas suas, metaphoricos molestiarū nostrarū clauos extundere. Decuit nec nō ut clavis salutē nostram, & suum opus exequeretur, qui post exequutum debuit ad clauum sedere in puppi Dei: aiente ad Philip. 2. Paulo. *Factus est obediens vsque ad mortem crucis: propter quod exaltauit illum Deus, & dedit illi nomen quod est super omne nomē, ut in nomine Iesu omne genuflectatur.*

Denique, suffigitur clavis, funibusq; forte ligatur suæ cruci Christus: quia cruci non leuiter pressus, sed firmiter fixus esse vult ipse Dominus. Ut nos doceat exinde inhærenter & firmiter cruci adhærere: & media ad salutē, quātumuis difficillima, & ardua constanter in sectari, fixeque obtenta tenere.

Adde quod sicut ad tēperādū prunarij cādētis, & ardorē iaculantis furorem, optimum remediū sunt clauis intro coniecti, quoniam illis edacitas ignis magna se ex parte explet: sic ut ex parte Christus expleret (qua tunc aestuabat) tāquam auidissimus rogas, atque edacissi-

mus ignis patiendi viuacitatem, auiditatemq; properam, optime coniecti sunt in illum horridissimi clauis aheni, aut ferrei.

CAPVT VNDECIMVM.



CONVENIENTIA defixionis Christi in publicis atque celeberrimis locis, agens D. I ho. 3. p. 9. 46. ar. 10. dicit solutione ad primum, quod cōuenientissime Christus passus est in Hierusalē.

Quare Christus iuxta vias publicas defixus est.

Primò, quia Hierusalē erat locus electus à Deo ad sacrificia sibi offerenda: quæ figuralia sacrificia passionem Christi præfigurabant, tanquam sacrificium verissimum. Ex quo illud ad Ephes. 5. *Tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis.* Vnde Beda in quadā homilia Homiliarij toti⁹ anni, dicit: quod appropinquante hora passionis, Dominus appropinquare voluit loco passionis, scilicet Hierusalē, quo peruenit ante sex dies Paschæ: sicut agnus Paschalis ante sex dies Paschæ, idest, decima luna, secundum præceptū legis, ad locū immolationis ducebatur.

I 12

Secundò, quia virtus passionis eius per totum mundum erat disseminanda: & ideo pati delegit in medio habitabilis terræ, idest, in Hierusalē. Ex quo illud Psal. 73. *Deus autem Rex noster operatus est salutē in medio terræ*: Idest in Hierusalē, quæ dicitur esse vmbilicus terre.

Tertio, quia hoc maxime conueniebat humilitati eius ut in loco tam celebri confusione nō recusauerit. Ex quo illud Leonis Papæ, sermone de Epiph. *Qui serui suscepit formā, Bethleē prælegit natiuitati: Hierusalē passioni.*

Quarto ut ostenderet à Principibus populi Iudæorum, exortam esse iniquitatem occidentium ipsum: & ideo in Hierusalē, vbi Principes morabantur, pati voluit. Vnde dicitur Actuum. 4. *Conuenerunt in ista ciuitate aduersus sanctum puerum tuum Iesum, quem vnxiisti, Herodes, & Pontius Pilatus cum gentibus & populis Israel.* Hæc D. Thomas de conuenientia passionis Christi in Hierusalē.

AGENS etiam ipse ibidem solutione ad secundum de conuenientia passionis Christi extra ciuitatis portam: inquit: id congruentissimum fuisse. Primo ut veritas responderet figura: sic nimirum, ut sicut vituli & hirci, qui sacrificio solēnissimo, ad expiationem totius multitudinis offerebantur, extra castra comburebantur, ut præcipitur Leuitici. 16. & ut habetur ad Heb. 13. ita oportuit Christum, in solēnioribus sacrificijs præfiguratum, immolatum fuisse extra portam. Ex quo illud Pauli vbi supra. *Quorum animalium infertur sanguis pro peccato in sancta per Pontificem, horum corpora cremantur extra castra: Propter quod & Iesus, ut sanctificaret per suū sanguinē populū extra portam passus est.* Secundo ut per hoc daret nobis exemplum exeundi à mundana conuersatione. Vnde ibidem subditur, dum dicitur.

I 13

Audi ex D. Thom. conuenientiam defixionis Christi iuxta vias publicas.

Exeamus igitur ad eum, extra castra, improprium eius portantes.

Tertio, quia ut Chrysoſt. tomo. 3. in sermone de passione inquit. *Noluit Dominus sub lecto pati, non in templo Iudaico, ne Iudæi subtraherent sacrificium salutare, ne putares pro illa tantum plebe oblatum. Et ideo foras ciuitatem, foras muros, ut scias sacrificium esse commune, quod totius terræ est oblatio, quod cõmunis est purificatio.*

CVR autem non solum in publico loco, atque in vijs publicis, sed definitè in Caluario delixus sit Christus Dominus, docet Augustinus tom. 10. sermon. 71. de tempore. Quia scilicet ibi aderat sepultus Adam; & quia congruenter ponitur medicus, vbi iacet ægrotus: & erigitur humilis vbi occumbit superbus. Verba August. hæc sunt. *Et vere, fratres, non incongruè creditur, quia ibi erectus sit medicus, vbi iacebat ægrotus: & dignumerat, ut vbi occiderat humana superbia, ibi se inclinaret diuina misericordia: & sanguis ille pretiosus etiam corporaliter puluerem antiqui Peccatoris, dum dignatur stillando contingere, redemisse credatur.* Augustino, quantum ad veritatem assumpti, consonant Athanas. serm. de passione & cruce Domini, Origenes tract. 35. in Matth. Epiphani. hæresi. 46. Basilii in caput quintum Esaiæ, Chrysoſt. homilia. 84. in Ioannem: Tertullianus lib. secundo carn. contra Marcion. vbi ita canit de Golgotha.

Os magnum hic veteres nostri docuere repertum, Hic hominum primum suscepimus esse sepultum. Cyprianus itè sermone de resurrectione Ambrosii lib. 5. Epistola. 19. & Lucæ. 23. & deniq; Hieronymus Epistola. 17. ad Marcellam ab eadem sententia sunt. Horum autem Patrum sententia præstantissimè nititur, tum in traditione, memoria conseruata in Ecclesia, ut Basil. inquit vbi supra: Tū quia si aliquid huic assertioni obstarer, maximè esset illud quod Iosue 14. scriptū est: videlicet Adam maximū sepultum fuisse in Hebron: cum tamen hoc nullo impedimēto sit: siquidem per maximum Adā nō tā primus Patrēs, quā alius clarissimus vir, Princeps illius prouinciæ intelligēdus est: vti que Arbah, ut tradunt eo loci interpretes.

CONTRARIO nihilominus placito multi, idemque grauisissimi Patres constantissimè adhærent: inter quos est, vel ipse Hierony. super illud Matth. 27. *Et venerunt in locum qui dicitur Golgota: Et D. Tho. vbi supra solutione ad. 3. vbi expressè inquit, quod interpretatio illa fauorabilis est, & mulcens aurem populi: sed tamen non vera nec satis congruens ad rem: quia magis cõueniens erat quod Christus crucifigeretur in loco cõmuni damnatorum, quam iuxta sepulchrum Adæ, ut ostenderetur quod crux Christi, non solum erat in re medium cõtra peccatū personale ipsius Adæ, sed etiam contra peccatum totius mundi.*

In hoc tamen ego dissensu arbitrari nolo: cum satis morem meo muneri geram introducendo rationes ob quas decuit Christum penes vias publicas pati.

CAPVT VNDECIMVM.



ENIQUE de conuenientia doloris ac summæ sensationis quam Christus in passione subiit, agēs Pater noster Bernardus tract. de passione, cap. 13, inquit; id maximi decuisse ne putaret aliquis, quod propter claritatis vnionem amaritudine mortis capi, cædiq; non poterat. Quare in ostētum huius, ter rogauit Patrem, sub passionis articulum, ut illam à se fugaret; & in passionis æstu de Patre conquestus est, quod dereliquisset illum. Et Psal. 68. in persona illius in clamatū extat, iuxta August. & Cassiodorum eo loci. *Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam: infixus sum in limo profundi, & non est substantia: veni in altitudinem maris, & tempestas demersit. Laboraui clamans, & rauca factæ sunt fauces meæ: defecerunt oculi mei, dum spero in Deum meum.* Hic enim Christus dolet vicem suam, eamq; deplorat ad Patrem: quia tantum ille tantorum poterat esse dolorum appēfor, & aliquo modo author.

Ex quo Cypriani illud sermone de passione Domini. *Consideraui opera tua, & exparui: clauis sacros pedes terebrantibus, fossisq; manibus, de vulnere anxietate non loqueris, de spinis sacrarū caput pungentibus non queris: sed satagis, ut in notescat posteris, quare derelictus à Deo videaris, expositus contumeliis, & Iudæorum ludibriis.* Vnde licet Christus tanquam ouis ad occisionē ductus sit, & tanquam agnus coram tondente se obmutuerit, in quantum contra homines, tale carnificium facientes, lamentum non ediderit, sed potius orationes profuderit, in veniam tantę noxæ: tamen de Patre & ad Patrē conquestus de his omnibus est; quia rationis vis, viruq; dolorum æternum, & non alium, Patrem consolatorē querebant. Quare Christus querulum se gessit cum Patre, non quidē ut aliquid Patri vellet impropere, vel posset: sed tanquam qui leuamen ab eo, & consolationem sperabat. Et ideo dum misit spiritū, in manus eum cõmendauit Patris: & pro donario vltimo esagitauit ab eo condonationē & veniam illis, qui tam grauē scelus, crimenque nefarium absoluerant.

ET quid non quateretur doloribus? cum post congelatam tunicam, & quasi conglutinatā, & compactam corpori cruore verberationis, violenter Iudæi illam exuerunt à Christo: ut sæuitia ista, vulnera refricarētur, & acerbissimum in illum dolorē immitterent. Præterquam quod cum expositus fuit vniuersorū ludibrio, sub hac inscriptione Pilati: *Ecce homo: non potuit non lacerari, & maximo dolore contundi.* Et sat consentaneè Christus vtrāque rationem hanc doloris & ignominia cum erubescencia & pudore passus est: siquidem ut August. obseruat tom. 4. lib. 83. quæstionū q. 25. vltimam eamq; atrocissimam in omni

116

Quare Christus voluit tantū sentire suæ mortis dolores.

Audi Cyprianum.

117

Cur Christus atrocissimam delegit mortē.

114
Cur Christus in Caluario offensus.

Vbi sepultus Adam.

115
Contraria sententia.

genere mortem decuit vt subiret Christus, ad hoc vt nullum omnino genus mortis tremendum, horrendam ac formidandum homo formidaret deinceps. Præterquam quod vt Paulus constituit ad Heb. c. 4. oportuit quod haberemus Pontificem tentatum per omnia, vt posset sic melius compati infirmitatibus nostris. Licet enim qua Deus erat, atque vere Deus Christus, esset perinde misericors, ac summae miserationis: veruntamen qua homo erat expediens fuit vt subiret humanas atrocitates & extremas erumnas: vt sic mulceretur amplius & alliceretur ad nostras expensas atq; subleuandas miseras.

Explicatur
locus Psal.
21.

Et quidem si implendum erat quod in persona Christi occinuit Regius Propheta. Psal. 21. dum dixit: *Ego sum vermis & non homo: opprobrium hominum & abiectio plebis: Quid multum aut mirum si crucis subiret tormentum? Cum supplicium crucis seruis reseruatū esset; qui, vt supra parte 1. ostendi, nō reputabantur vt homines. Quod etiam mirum si Christus tā quā non homo haberi, dilacerarique voluit: cum pœnas pro illis penderet, qui cum in honore essent non intellexerunt: sed potius cōparati sunt iumentis, & similes facti sunt illis: iuxta quæ semel & iterum cecinit, vel potius planxit Psal. 48. Dauid.*

118

Quare Christus ferarū
penis additus est.

Non ergo ferales pœnæ Christum dedebant agētem hominum feralium personam: vt eos à feritate & brutalitate redimeret. Quare nec sit mirum erat, quod exhiberetur ab omnibus, illuderetur à cunctis, proderetur à Iuda, denegaretur à Petro, desereretur à suis, accusaretur à plebe, expueretur a lapidibusque cæderetur à militibus barbaris, postponeretur Barra

bæ, vapularer seuisimè, spinis redimeretur, daretur à Pilato ostentui, instanter peteretur ad mortem, negaretur à Iudæis quod esset Iudæorum Rex, Iudæorum improbitati traderetur, cruci baiuladæ addiceretur, offigeretur in illa, eleuaretur & erigeretur cum ea, inter latrones duos suspensus collocaretur, & tandem à sacerdotibus, à militibus, à latronibus, à prætereuntibus, & etiam ab omni plebe irrideretur: iuxta quæ per ordinem sacri Euangelistæ recensent: cum licet esset Deus, & insons ex omni capite, fontium nihilominus, qui in bruta iam ludum descuerant, & in atrocissimas bestias ac feras degenerauerant, & à summo Deo summis declinauerant modis, personam sustinebat: vt pro illis daret ad æqualitatem meritas feuerissimas cruces.

Passionis
compendiū.

PLVRIMA ex his quæ retulimus, & omnia quæ enumerauimus, pro prærequisitis & præuijs ad supplicium crucis, complexus mirificè est Grego. Nazian. oratione appolog. in qua congruentiam horum hisce verbis describit: *Id circo lignum aduersus lignum, manus aduersus manum, manus fortiter extensæ aduersus incontinenter extensas, & clauis confixæ aduersus solutas: ille orbis fines coniungentes aduersus eam quæ Adamum ex paradiso exturbauit. Idcirco sublimitas aduersus lapsum, fel aduersus gustum, spinea corona aduersus probum imperium, mors aduersus mortem, tenebræ aduersus lumen, sepultura aduersus illam in terram reuersionem, & resurrectio propter resurrectionem.*

119
Audi Naz.
de omnibus
passionis
Christi nu-
meris.

Et hæc de conuenientia illorum, quæ Christus perpeffus est, tam ipsa in cruce, quam in solēniter antecedentibus, concomitantibus & subsequētib; supplicium crucis.

QVARTA PARS QVÆSTIONIS: DE CONVENIENTIA PASSIONIS CHRISTI IN COMMUNI.

CAPVT PRIMVM.

XPOSITA, satis ac super, congruentia singulorū, quæ Christus perpeffus est, tanquam solemnia & affinia ferali supplicio crucis: sequitur vt producamus deinceps, causas in communi, ob quas, tantum tanto Deo carnificium expedire contigerit. Sed vt ex ordine agam, ad quinque causarum seriem prædictas reuocabo rationes: ita vt ob capita quinque ostendam id decuisse. Quorum primum est propter ipsum Deum; secundum propter ipsum Christum; tertium propter nos; quartum propter rerū naturas: & vltimum propter ipsam Crucem.



Et, vt auspicemur à primo, obseruandum est, quod licet sacrificia antiqua secundum se considerata grata Deo non fuissent, vt habet Irenæus lib. 4. ca. 32. Chrysoptom. hom. 6. in Matth. Hieronymus super Isaia primum. August. 10. de ciuitate. cap. 5. Rupertus noster. 3. Exodi. c. 14. propter illud Psal. 39. *Sacrificium & oblationem noluiisti.* Et Psal. 49. *Nunquid mē ducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum, potabo?* Considerata tamen prout exhibita in cultum & in obsequium Dei, erant illi maxime placita, vt habet D. Thom. 2. 2. quæst. 202 art. 3. & cum illo interpretes sui, propter illud Genes. 4. *Abel obtulit de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum: & respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius: & propter illud Genes. 8. Edificauit Noe altare Domino, & tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundis obtulit holocausta super altare. Odoratusque est Domi-*

120

Primum genus rationū
ob quas decuit pati
Christū crucis suspensum.

nus odorem suauitatis, & ait ad eum. Nequaquã
ultra maledicam terræ propter hominem.

EX HIS autem sacrificijs illud erat gratius
& acceptabilius Deo, quod vocabatur, Holocau-
stum: quia per illud offerens quasi protestaba-
tur se se, non quidem ex parte, vt in alijs sacrifi-
cijs, sed vndiq; Deo deditum: in quantum sa-
crificium suum omnino succendebatur, vt om-
nino resolutum in fumum atq; vaporem Deū
ex directo peteret.

Et licet antiqui Theologi (verbū est Olea-
stri super Leuit. cap. 10.) sequentes Græcos &
Græcam vocem, *Holocauston*, interpretantur,
Holocauustum, esse idem quod totum incensum:
quoniam totum Domino incendebatur, &
nulla illius pars sacerdoti vel offerenti cede-
bat, quod non erat in alijs sacrificijs. Sed si no-
minis radicem inspiciamus (inquit Oleaster)
non sic interpretabimur. Descendit autem,
Holah, ab Halah, quod est ascendere: vnde ho-
locaustū dicitur, Holah, id est ascēdens: quod
scilicet totum in fumum ad Deum ascenderet.
Aut vt Chimmi dicit (inquit idem) quia totū
animal ascendebat in altare. Alij sic dictum vo-
lunt (hoc etiam est Oleastri) quod ascenderet
& superaret omnia alia sacrificia.

Sed quidquid de ethymologia holocausti sit,
illud est absq; cōtrouersia cōspiciū, q̄ in ho-
locauto tota vīctima super altare ascēdebat, &
quæ sic ascendebat reliquis corā oculis Dei vi-
ctimis præponderabat. Propter q̄ Num. 18.
constitutū erat à Deo vt bis in die, scilicet ma-
ne & vespere, quasi in prandiū & cænam, ho-
locaustum immolaretur: per quod (quia agno-
rum erat, cottidianumque ac iuge sacrificium)
Christi sacrificium specialiter præfiguratum
esse, nullus est qui nesciat.

QVOD si illud putabatur & erat Deo sacri-
ficio gratius, quo tota vīctima in altare
ascendebat: sequitur quod vt sacrificium Chri-
sti vndiq; putaretur & esset Deo gratius, oportuit,
quod subleuaretur omnino, atque in alta-
re ascenderet. Hoc est, quod in crucem fieret:
siquidem idem fuit Christo à terra exaltari,
quod in Crucem substolli: iuxta illud Ioan. 3.
*Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita
exaltari oportet filium hominis:* Et illud Ioan. 12.
*Ego si exaltatus fuero à terra omnia traham ad me
ipsum: & mox. Nos audiuius ex lege quod Chri-
stus manet in æternum: quomodo tu dicis: oportet
exaltari filium hominis?* Et ne obijceretur quod
Christi sacrificio defuit ascensus ille vaporis
atque suauissimi fumi cælos recta petentis in
omnibus holocaustis, non solum dixit in ver-
bis thematis Paulus, quod exinaniuit se, quo
holocaustum indicitur: sed ad Ephes. 5. num.
secundo subiecit. *Christus dilexit nos, & tradidit
semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo,
in odorem suauitatis:* Quibus expresse indica-
tur in Christi sacrificio extitisse, quæ
ad sacrificium optimum, nem-
pe ad holocaustum, fa-
ciebant.

CAPVT SECVNDVM.



INDE, pro ratione eiusdē ob-
seruādū est: in more Dei fuisse de-
ligere in sacrificiū acceptissimū
sibi quæ mūdus abominatur. Le-
uit. enim. 17. animalū sanguis ex-
prellē reseruatur à Deo in sacrificium sibi, &
in piaculum animarum nostrarum: cum tamē
sanguis animalū sit (vt notat Cyrillus Alex.
Catechesi. 4.) belluarum dumtaxat, & nō nisi
ferarum carniorarum cibus: propter quod
humana natura illum naturaliter horret, & ca-
nibus tantū lingēdum relinquit. Exodi etiā
8. abominationes Aegyptiorū delegit in ho-
stiam sibi, vt euidentissimis verbis ibi Moyse
obseruauit. Has autem & illas reliquasque ab-
ominatione dignissimas quæ in sacrificium
sibi destinauit Deus, ob eam causam delegit, vt
nihil tam damnificum esset tamq; exitiale in
orbe, quod non posset vergere in hominis cō-
moditatē. Et ita vt inquit Chrysostomus ho-
milia. 27. in Genes. carnem animalium Deus
indulsiuit hominibus, eo quod id pertineret ad
esum & sustentationem illorum: sanguinem
autem, quia ad cibum corporis execrabilis
erat, vsurpauit Deus in beneficium animæ,
per hoc quod immolaretur & vitularetur
Deo.

Cum igitur supplicium crucis ferale suppli-
cium sit, & non nisi feris additum, sitque
execratio, exosio & abominatio cunctorum
viuentium, vt patet ex parte prima præsentis
quæstionis: consequens est vt Deo tribuendū
veniret tanquam gratissimum sibi præstabile
quæ sacrificium: vt sic, quod præcunctis erat
exitiale ac detestabile, proficuum & salutare
penitus redderetur.

TERTIO & vltimo obseruandum, pro-
pter id ipsum, est: quod Deo fuit semper so-
lemne ex ignobiliori principio nobiliorem
erigere machinam. In naturalibus enim hoc
apte & prompte videmus: quotiens considera-
mus quod viri prioris corpus è limo terræ
coaluit, foemina autem non nisi ex Adami co-
sta. Corporeā præterea formam Deus ex ma-
teria eduxit, incorpoream vero atque imma-
teriale non nisi tantum ex nihilo. Rursum
corpoream substantialem formam ex materia
prima, ente imperfectissimo, traxit: accidenta-
lem vero nō nisi ex materia secunda, ente per-
fectissimo, nimirum ex toto composito. Ecce
semper ex ignobiliori principio nobilius
opus in naturalibus cunctis.

In moralibus etiam id ipsum cōsideramus.
Moyse enim ex pastore, Dux populi Dei:
Saul de custode afinarū Rex; Dauid de post-
foetantes Propheta, Rexque potentissimus:
Matthæ⁹. ex telonio, Apostol⁹ & Euāgelista:
Paulus ex persecutore, electionis vas: Petrus
ex piscatore, Pontifex summus; ac deniq; ho-
mo Deus, & vere Deus effectus est. Quibus il-

121

Holocaustū
gratius Deo
sacrificium
& cur.

Holocaustū
vnde dictū.

122

Nota holo-
caustū Chri-
sti.

123

Mirabilis
mos Dei.

Cur vetuit
Deus homi-
nibus esum
sanguinis
brutorum.

124

Mirabilis
alius Dei
mos.

lud Pauli. 2. Cor. 1. nu. 27. *Quæ stulta sunt mudi elegit Deus, vt fortia quæque confundat:* abundantiſſimè conſonat.

Cum igitur lignum crucis ſuppliciumque eius inſimum inſamemque locum inter omnia mundi magno iure tenerent: conſequens omnino fit, vt, iuxta diuinum morem, ſupplicium hoc extollendum eſſet ad ſumma, & in clyta Dei: atque quod deceret Deum ampliſſimis tale lignum honoribus cumulare: & vt viam quam ſuſcepit teneret educere illud de inſamiæ imo ad ſummum verticem gloriæ: per hoc ſcilicet quod eius vnigenitus filius in Cruce ſubleuaretur.

Vnde Dominica crux tãtis exaltata eſt atque illuſtrata præconiis, vt iam nec cælum, nec mare, nec terra, nec rerum omnium creatio, nec aliud omnino aliquid diuinæ bonitatis clementiæ potentiæque magnitudinem vt ipſa venerabilis Crux prædicet & oſtendat: iuxta quæ D. Chryſ. to. 4. hom. 2. in Epistol. 2. ad Timotheum, & oratione ſ. ſuper primum caput. 1. ad Cor. in principio, ſatis eleganter expendit.

In cuius velut elogium & irrefragabile oſtentum, ſola Dominica Crux authoris ſui nomẽ expreſſum præfixumque in capite præfert: vt quaſi per hoc oſtendatur Crucem præſtantiſſimum fuiſſe magni conditoris effectum: quoniam in præſtantiſſimis tantum effectibus cuiuſlibet artis artifices ſolent præfigere excudere que propria nomina. Et ſic quæ antea minimum, maximam modo teneat retineatque Crux Domini apicem. Et hæc de primo capite.

CAPVT TERTIVM.

ROSECVNDO autem obſervandum eſt cum D. Thom. 3. part. quæſt. 48. art. 1. Chriſtum operatum fuiſſe ſalutem noſtram per modum ſatisfactionis atque ſolutionis exactæ: iuxta illud Pſal. 68. *Quæ non rapui tunc exſolvebam.* Et iuxta id quod ratio neceſſitaſque poſtulabat. Cũ enim omne peccatum offenſa ſit contra Deum, debitumque in illum, oportet, vt ſolutione & ſatisfactione tollatur: & tali ſatisfactione, vt delectationi aduerſetur, quæ in peccato coniungitur, & quæ reluctetur pœnæ indiçtæ & taxatæ à Deo pro vindicatione peccati. Vnde, cũ peccata illa, pro quibus ſatisfaciebat, & pœnas Chriſtus Dominus dabat, maxima omnium fuiſſent, imò eſſent crimina omnium, maxima debebant pœna & paſſione expiari, utique paſſione crucis: vt ſic emergeret Chriſtus exactus & ſuperabundans noſtrorum debitorum ſolutor: quod in maximum neceſſario cedebat, & cedit Chriſti ſplendorem.

Et ſane, tantam peccata promerebatur vindictam, vt nõ ſolum crucis tormentum, quale quale hoc fuerit, ſed etiã ſummum dolorẽ in Redemptore Chriſto incuſerint, & impreſſerint actu. Vt enim D. Tho. oſtendit. 3. p. q. 46. art.

6. dolor paſſionis Chriſti fuit maior doloribus omnibus, ſiue conſideretur ex parte doloris ſenſibilis, qui cauſatur ex corporali nociuo: ſiue conſideretur ex parte doloris interni, qui cauſatur ex apprehenſione alicuius nocimenti, & qui vulgari ſermone triſtitia nuncupatur. Propter quod Threnorum primo ex perſona Chriſti inſclamatum eſt. *O vos omnes qui tranſiſtis per viam, attendite & videte ſi eſt dolor ſicut dolor meus.* Cum enim pateretur Chriſtus nõ ſolum lethalem læſionem, ſed crucis incurſionem ſeuiffimam, quia patibulati omnes conſiguntur in locis neruoſis, & maximè ſenſibilibus, ſcilicet in manibus atque pedibus: & quia ipſum corporis pondus continuè pendentis dolorem in appenſis auget maximè quod cum his eſt doloris angoriſque diuturnitas lenta, utpote quod patibulati non ſtatim occumbunt vt occumbunt gladio vel etiam laqueo interfecti) & ultra hoc, Chriſtus ipſe cum optime complexionatum corpus haberet; nõ poterat nõ abũdare ſenſibilitate tactus: & proinde non ſumme ſentire corporeum omne ſenſibileque nocimentum: Et cum ex alio capite in apprehenſione haberet vniuerſorum peccata, pro quibus ſatisfaciebat; & obſtinationem multorum, per quam inefficiæ reddebant ſibi ipſis tam ampla ſubſidia, tamque ſalutares ſumptus, & auxiliares impenſas, non poterat non vehementer, & plus quam dici poteſt, vel etiã credi, triſtari. Quæ dixerim, vt expendatis, vos auditores præclari, quanta ſolutione eguit debitum gentis humanæ: & proinde quantopere Chriſtum, omnium Redemptorem agentem, acerbiter crucis atque truculentiam ſubire perpetique deceret.

HIS Satis affine eſt quod D. Paulus ad Rom. 8. & ad Colof. 2. & alibi ſæpe docet; nimirum quod morte Chriſti, omnes inimici hominis (peccatum etiam) erant ſubmouendi omnino, exterminandi, iugulandi, & denique vltimum illis exitum inferendum. Si igitur hoc ita eſt, (vt eſt, atque eſſe debuit) quid mirum quod acerrima morte, inſami clade, vltimo & infauſto interitu, nepe ſupplitiio crucis, Chriſtus affectus ſit? Si enim Iudæi ipſi vltro tam ſe quam filios reos tantæ mortis dederunt, dicentes & inſclamantes: *Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros:* ob id ſolum quod periret ab omnibus illis Chriſtus, quæ odio (licet immerito) proſequebantur & rabie, etiã ſi multa ab eo reportauerint & meſuerint comoda. Quid mirum ſi Chriſtus ipſe eandem ſubire crucem & interitum vellet, ob id vt noſtri inimici, imò inimici Dei ſemper illi nobiſque, inſenſi vltimo inſami que; exterminio perirent?

Si enim nõ horret homo frontem maculare ſuam & ſtercore deturpare cuiuſlibet culicis, vt ſic necem inferat inſeltatori ſuo, qui modo murmure excitat, modo aculeo pungit & dormientem fodicat: quid mirum quod Patris eterni filius æternus, nõ dubitauerit ſe (qui facies eſt tanti Patris) deformare ad extra, & crucis inſamia

Quantum debitum im portet peccatum.

127 *Expede hoc pro conuenientia acerrime mortis Chriſti.*

125 *Cruce Chriſti omni creatura ſublimior.*

Audi pro cruce Chriſti elogium

Secundum genus ratio nũ ob quas Chriſtus in crucem ſuſcepit paſſus.

126 *Acerbitas paſſionum Chriſti vndiq; ſumma & cur.*

polluere, vt sic aduersariū omniū omnibus omnino infestantē, & in rebus serijs prementem penes se cōprimeret, calcaret & ad internecionē vtq; deleret? Maxime quod passio Christi punctio vocatur Apoc. 1. *Videbit eum omnis caro, & quicum pupugerunt.*

CAPVT QVARTVM.



LORIOSVM præterea esse atque decentissimum Christo per singulare mortē, mortē singulorum extinguere, & per infirmitatem vnus omnibus firmitudinem parere, & ex ignominia, gloriam, ex paupertate substantiam, ex nuditate opulentiam, atque ex momentanea iactura lucrum sempiternam reuere: quis ibit, aut ire potest (etiā per somnium) iusticia? Hæc autē omnia Christi passione fuisse atque Cruce collecta vtriusque foederis verba frequentissima monent. Et vt aliqua decerpam ex multis, notabile illud est apud Isaiam eloquiū. c. 53. *Si posuerit pro peccato animā suam, videbit semen lōganū.* Hoc etenim verbo duo notatu dignissima cōtinētur. Primum est, Christum passurū mortem ob primi parentis peccatū, hoc est, ob originale peccatum: ad quod delendū venit potissimū Christus, vt optime D. Tho. 3. p. q. 1. a. 3. ostendit. Innuitur autē Christi passionē esse ob originale peccatum, quia in inducto sermone, pro eo quod nos legimus, peccatū, habetur in fonte, *Ajam*: quæ vox significat, Hebraico idiomate peccatū à persona publica admissum, quo etiā exteri cōtaminantur & pereūt. Constat autē proprietates istas congruere, & summe congruere originali peccato.

Secundū est, quod semel executioni madata huiusmodi morte, vberimā Christus Dñs sobolē erat messurus. Et quidē, ita vberimā, quod vbi nos Psal. 109. legimus. *Tecū principū in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum: ex vtero ante Luciferū genui te*: Hebræa ad verbum habeat. *Populus tuus spontanei in die fortitudinis tuæ, in decoribus sanctitatis: de vulna aurora tibi ros natiuitatis tuæ.* In quibus heroicis verbis describitur (vt vult Cai. tanus) quales quantiūq; illi futuri essent quorū dominatur, in medio inimicorū, Messias. In eo enim quod dicitur, *Populus tuus*: describitur vnitas vniuersorū fidelium coadunantium vnū, & conglutinantium populū, vtique vnā sanctā Catholicā & Apostolicam Ecclesiā. In eo, itē, quod dicitur, *Spontanei*: explicatur quod non subacti, nō lucro aut timore ducti, sed spontaneitate acti & allecti fideles fidei suscipiet iugū: quia credere, nō violentū aut coactū est, sed penitus voluntariū. In eo, rursum, quod dicitur, *In die fortitudinis tuæ*: describitur passionis tēpus, in quo Christus fortitudinē suā & virilitatē detexit, nō solū in his quæ subiit, sed etiā in his quæ subiecit. Rarū enim roboris specimē atq; acumē fuit q̄ homo appēsus in cruce, clausq; assutus in illa

& viribus cōfractus & torsus, teterrimos omnium vicerit atque aduersarios cōfoderit. In eo, insuper, q̄ dicitur, *In decoribus sanctitatis*: explicatur deformitate illā & inelegantiā quā Chrs in passione pertulit, vt aduersarios deuinceret quandā venustatē fuisse atq; sanctitudinis formā: nā sanctitatis species venustior & elegantior, macies corporalis est, atq; deformitas corporis. In eo tandē quod dicitur, *De vulna aurora tibi ros natiuitatis tuæ*. describitur impertrā fibilis numerus atq; inenarrabilis modus genitorū atq; gignendorū à Christo. Describuntur enim ad modū quo ros ingeneratur, produciuntq; ab aurora: sic nimiru, vt sicut aurora generat innumerabile simul ingentēq; roris lumen, sic Christi Dñi passio ingentē, interminabilemque, simul est productura progeniē; tā paruo negotio, ac solet aurora progenerare rorē redimentē cāpos, atq; picturantē prata. Appellatur autē natiuitas Messia, natiuitas populi sui: quia sicut ipse in suis mēbris persecutionē patitur, iuxta illud Actū. 9. *Saule Saule quid me persequeris?* Ita in nascentibus mēbris similiter nascitur. Et merito tam Christi natiuitas, quā generatio fidelium assimilatur generationi roris; cū vtraque generatio cælestis sit, & auroræ tempore, verius solē iustitiæ.

CAPVT QVINTVM.



NOTABILE etiā est illud Christi Dñi verbum Ioan. 12. *Ego si exaltatus fuero à terra omnia traham ad me ipsum.* Hoc etenim verbo nō solum vt in præcedenti, explicatur multigena passionis Christi seges ac soboles: sed omnimoda seges: dū in stauratio omnium attractioq; cunctorū per Christū in cruce sublatū, agentēq; refertur. Ex crucis enim patibulo Christus quasi exclauo nauis clauos, quibus erat affixus, in omnē creaturam intorsit, vt illas ad se cōtraheret. Ex quo illud D. Leonis sermo. 6. de passione Christi. *Exaltatum autem Iesum ad se traxisse omnia, nō solū nostræ substantiæ passione, sed etiā totius mundi commutatione monstratū est. Pendēte enim in patibulo creatore, vniuersa creatura congemuit, & Crucis clauos omnia simul elementa senserunt. Nihil ab illo supplicio liberum fuit. Hoc in communionē sui & terram traxit & celum, hoc petras rupit, monumenta aperuit, inferna reseruit, & densarum horrore tenebrarum, radios solis abscondit.*

Quare trahente Domino ad se vi clauorum suorum atque vinculorū omnia, inanima etiam, perfidi non potuerūt recalcitrare Iudæi, neq; ad tantū impetū non festinantes occurrere. Vt enim Euangelistæ testatur, vel illi qui improperabāt, priusq; illi petulantiſsimē illudebāt, videntes quod sic expirasset, non solū vt Centurio clamarūt, *Vere filius Dei erat iste*: sed reuertebantur moerentes atque gemibundi, adeo vt per patentissimas vias patenter ingemiscētes pectora repercuterent. Ecce mor-

Qua nā sit maior ex visibilis pulchritudo sanctorum.

130

Audi pro magna Christi progenie.

Alia ratio pro eadē conuenientia passionis Dominicæ.

131

Expēde pro exaltatione crucis.

128

Audi rationem aliā ad idem.

Explicatur locus Isai.

53.

Nota pro originali peccato.

129

Explicatur versiculus ex Psal. 109

tis Christi, clauorum, vinculorumq; eius egre-
giam tenacitatem & attractionem.

Et tanta potentia Christus traxit & attra-
xit omnia, vt ex crucifixoribus suis, illi tan-
tum vocitentur impii, qui illi mortuo conce-
dere noluerunt, sed potius detrahere atq; insul-
tare sacrilegè. Isaie enim c. 53. appellatur, *Im-
pij*, homines scruisissimi illi, qui custodierunt se-
pulchrum Christi Domini, ne semel sepultus
inibi, posset per rapinam emergere. Isaie ver-
bū ita habet. *Et dabit impios pro sepultura.* Quod
explicans Matth. cap. 27. & 28. asserit, sepul-
chrū Domini clauum & signatum fuisse, &
munitum custodibus, quia adhuc Christus pro-
seductore habebatur. Constat autem impium
esse eum, qui Deum nō colit nec noscit. Vnde
licet omnes illi qui Christū cruci affixerunt
Christi cognitione caruerint: illi nihilominus
dicuntur absolute *Impi*, qui Christū post eius
obitū non debite sint venerati: quasi hæc so-
la impietas petulantiaq; sit contra Deum, non
reuereri illū & prōpte glorificare, saltē post
quā mortuus est. His autē ita obseruatis, quis
infruari tentabit, mortē atrocissimam Chri-
sti fuisse gloriosissimam illi?

Præter quā quod vt Paulus ad Heb. 2. testa-
tur. *Decebat enim propter quem omnia, & per quem
omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, au-
thorem salutis eorum per passionem consummare:*
Vtiq; per Crucis passionē. Ex quo illud Luc.
24. *Oportebat Christum pati, & ita intrare in glo-
riam suam:* Hoc est in omnem illam gloriā ob-
tētā ob gesta præclara illustriaque redēptio-
nis. Propter hoc enim, inquit Paulus ad Phi-
lippen. 2. *Exaltauit illum Deus, & donauit illi
nomen q̄ est super omne nomē:* Et hæc de secūdo.

CAPVT SEXTVM.



ERTIVM autem vt aperiāmus
præsentis negotij caput, expendere ante omnia debemus testi-
monij illud, quod. 2. Regū. c. 23
nu. 8. exaratur. *Dauid sedens in
Cathedra sapientissimus Princeps inter tres. Ipse est
quasi tenerimus ligni vermiculus.* Hoc eloquiū
etenim licet (iuxta fulgentissimum illud Be-
nedictinorum sydas Rabanum) intelligendū
veniat ad literam de Dauid, qui sicut vermicu-
lus ligni tener, fragilis, modicusq; quondā ap-
parens, terribilem nihilominus sese tam male-
factoribus, quam hostibus exhibebat. Nihilo-
minus, iuxta quā insinuat glossa interlinealis
ibi, & iuxta quod habetur in textu de Dauid
sedente in cathedra, quod de Dauid materiali
ægrè subintelligi potest, eum nusquam de il-
lo constiterit quod cathedram vt Magister
ascenderit & iuxta quā de vermi notare so-
lent per comparationem atque consonantiā
cum Christo: videlicet quod sicut vermis na-
tus & conceptus in ligno patrem non habet
sed matrem, ita & Christus, vt interpretatur
Hierony. super Psalm. 21. Et quod sicut ver-
mis de sola & pura terra procreatur, & aliquā

do procreatus emerfit ex illo cælesti manna,
Exod. 16. sic Christus ex sola Virgine, quæ
velut purissima terra, subtile, splendidum, sua-
ue, & omnem saporem referens manna Chri-
stum procreauit ac genuit: iuxta quæ super
Psalm. 21. notauit Ambros. Igitur iuxta prædi-
cta, & iuxta quod in textu habetur de sapien-
tissimo inter tres, videtur cōmētandū hoc ver-
bū de ipsomet Christo Domino, cui inter tres
personas diuinas sapientiæ numen attributum
est, vt pote quod Patris sapientiæ genita sapie-
tia, æternaque sapientiæ vocatur.

ET CVM tūc temporis Christus cathedra
suggestum conscenderit, quādo crucem subiit:
& veri vermiculi tunc officium circa lignum
expleret, vtique euiscerando, & crucis corro-
dendo duritiem: sequitur quod maximū nobis
ex subleuatione illa emolumentū parauit: si-
quidē leuiora reddidit crucis baiulada: à nobis
atq; fufferēda: onera: vt veſtu reddit facillimū
vermis lignū, quod taciturne & molliter eu-
isceravit ipse. Vnde licet lignum retineat, etiā
post rosuram vermiculi, amplitudinē, longitu-
dinem & dilatationem quam antea, non tamē
tantam duritiē, grauitatem aut molē: sic post-
quam corrosit Christus tanquam vermis du-
ra nostrorū laborū onera, licet retineat eandē
quā antea retinebant speciē prolixitatis, ago-
nis atq; duritiæ, non tamen eandem molem:
quia licet cruciferum; suaue nihilominus est
& leue iugum atque onus Domini.

Illud etiā Isaie verbum. c. 53. nu. 8. mirabi-
lem cum verbo nostro conformitatem habet.
Verbum autē tale est. *De angustia & de iudicio
sublatus est: generationē eius quis enarrabit: quia ab-
scissus est de terra viuentiū. Propter scelus popu-
li mei percussus eum.* Quod verbū (vt Montanus
eo loci obseruat) ita in fonte habet: *A clausu-
ra, & à iudicio sublatus est, & structur à illius quis
eloquetur, quod excissus est de terra viuentiū: à scele-
re populi mei percussus est illis singulis:* In hoc ete-
nim verū (vt Montanus vbi supra expēdit)
magnū mysteriū causæ humanæ à Christo su-
ceptæ includitur: videlicet Christū cōprehē-
dī, iudicari, ac vinculis teneri & dānari vt dā-
nantur, cōprehenduntur & vinculis fontes te-
nētur: cū tamen ille idē insons atq; innoxius
esset. Sed nihilominus, totius populi vicē agē-
tem daturū pœnas pro publico & cōmuni ori-
ginali peccato, & pro singulorū hominū crimi-
nibus singularibus: vt sic prospiciatur nō teme-
re, vel casu præcipiti aliquo, cæcōue tumultu
fuisse subleuatū in crucē, etiā si Ioānis. 19. iu-
dex protestatus fuerit, *Ego nullam inuenio in
eo causam:* Nomine enim structuræ vel genera-
tionis innuitur cōsuetudo & ratio vitæ quam
Christus per omne tēpus egit: ex qua sufficiē-
ter pensata, propalata, recitata, & cognita nul-
lum emergere poterat aut aliquod insilire vel
resilire crimē, secundū quod posset excidi de
terra viuentiū: sed tantū excissus est propter
demerita nostra & propter salutem nostram.
Vocatur autē generatio & structura, vitæ pro-

cessus

Qui nam
maximè im-
pij.

132

135
Quādo Chri-
stus obierit
Vermiculi
munus.

Explicatur
locus Isa i.
53.

133
Tertium ge-
nus ratio-
nū ob quas
Christus in
cruce con-
ueniēter est
actus.
Explicatur
locus ex 2.
Reg. ca. 23

Cur Chri-
stus dicatur
Vermis.

Quare vita
hominis vo-
cetur gene-
ratio illius.

cessus, quia omnes sumus filij nostrorum opinionum, & illis similes.

135
Explicati
duoloci scri
ptura.

HANC autem rationem fonticam infantis Iesu non obscure (inquit Montanus) retulit Cayphas: qui cum esset Pontifex anni illius prophetauit, dicendo: *Vos nescitis quicquid neq; cogitatis: quia expedit nobis vt vnus moriatur homo pro populo, & nō tota gēs pereat. Hoc autē à semetipso nō dixit: sed cū esset Pōtifex anni illius, prophetauit, quod Iesus moriturus erat pro gēte, & non tantum pro gente sed vt filios Dei, qui erāt dispersi, congregaret in vnum.* Plenius tamen eandem retulit Christus Ioan. 3. dicendo: *Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filiū hominis: vt omnis qui credit in ipso non pereat, sed habeat vitam aeternam.*

Hoc etenim verbo non solum mortis Christi, verum & generis mortis suæ ratio propalata est, & quasi explicatio adhibita, testimonio deprompto ex Isaia. Per hoc enim quod Christus Dominus dixit, se exaltandū; subindicauit quod erat subleuandus in Crucem: iuxta vulgare phrasim sacrae linguæ, de qua paulo ante dixi. Per hoc quod dixit se vt serpentem exaltandum, subindicauit, quod in antidotum & medicamentum morsus alicuius serpentis exaltabatur. Tum quia contra morsum viperæ, ex viperæ: & contra morsum scorpionis ex scorpionibus solet præsentissimū cōfici medicamentum. Tum quia Numerorū 21. ad id exaltatus est coram omnibus serpens. Vnde cum originale peccatum per serpentem irrepperit, hoc est per suggestionem conatusq; serpentis, merito expiator illius Christus Dominus vt serpens exaltari constituit.

136
Cur Christ⁹
contulit se
serpenti nō
naturali,
sed artifi-
ciali.

PER hoc itē quod non naturalis, sed potius igne cōflato æneoq; serpenti se contulit Christus, subindicauit, qd serpētis venenū, peccatū vtique, nō habebat: sed neq; posset habere: quia, vt Euthymius obseruat, solidā, æneā, inflexibilem; cōtra peccatū Christi structurā humanitatis habebat: nō autem fragilem, & peccati periculis obuiā, sicut nos. Et hoc alludit ad illud citatū ex Isaia. *Generationē, vel, structuram eius quis enarrabit? Vtpotē qd Christo repugnabat peccatum, non solum ab extrinseco, sed ab intrinseco etiam vi constitutionis suæ & generationis tam temporalis quam aeternæ: nā etiam temporaliter conceptus est de Spiritu sancto, vt simul serpens æneus, & igne conflatus prodiret contra omnem noxam.*

Audi pro
inventione
Crucis.

Per hoc deniq; quod dixit oportuisse exaltationem prædictā vt non perirent credentes, subindicauit, quod sicut remedium optimum quod potuit aliquando adhiberi in medicamentum illorū qui serpentū morsibus lethalibus laborabant, fuit subleuatio serpentis, non quidem naturalis, sed fusilis æneiq;: sic in cunctorum progenitorū ex Adamo medicamentū & cōmodū, congruentius non potuit remedium applicari pro medicandis morsibus serpentis, quæ infecerat eos, quam subleuatio Christi in Crucis patibulū: vt sicut ex vno serpente con-

tra alterius noxam solet antidotum confici, sic ex vno homine serpente præfigurato, vtique ex Christo, antidotum conficeretur cōtra nocumentum quod intulit in omnibus serpens ille venenatus & callidus.

Et est notatu dignissimū: quod non dixerit Dominus, oportere se subleuari atq; in crucē fieri, vt omnes in illū crederent: sed potius vt sic credentes nō perirēt: quasi insinuando hac sua phrasi, quod ratū atque per se notum erat omnes illi fidē ex animo præstuturos, & eius adhæsurus vestigiis, ex quo pro omnibus illis tā probrosam pertulit atq; truculētā necē: imo ex quo cōstituerat se talem in mortē dare, vt nos à morte redimeret, & à peccato expiaret.

Expende
hoc.

CAPVT SEPTIMUM.



LEVD denique pro tertio hoc capite est, quod vt inquit Paulus 2. Cor. 5. *Charitas enim Christi vrget nos: æstimantes hoc, quoniam si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt: & pro omnibus mortuus est Christus: vt & qui viuūt, iam nō sibi viuāt, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit.* Ex hoc enim quod Christus pro nobis fontibus, mortique addictis est mortuus, non possumus nō impelli, & à charitate etiā, nedū à iustitia constringi, vt nostram vitam superstitem in eius profundam obsequia, qui suam profudit sanguinem, vitamque pro sanguine atque pro vita nostra, vt sic rependamus, quoad fieri possit, vicem & veniam.

137
Explicatur
locus secū-
dæ Cor. 5.

Et licet nō dixerit Paulus qd Christus mortuus est pro omnibus nobis, sed tantū, quod si mortuus est vrgeretur à charitate nō nobis sed illi viuere: id tamē ideo fecit (vt Caic. notat) ad hoc, vt per cōsequentia nullatenus declinabile cōcluderet homines ad fatendū se mācipatos esse, & iure rationis addictos ad gerēda Christi, non autē sua negotia. Cum euidentissimū sit, quod si non solum Christus suimet quasi oblitus constiterit, vt curam nostri gereret: sed etiam quod exposuit vitam, vt vita nostrā protegeret: tenemur & nos nos ipsos obliuioni tradere, vt res peragamus Christi, & vitam pro voluntate eius & pro patibus ponere.

Nec mirum quod morte Christi omnes nos mortuos fuisse dicatur: cum in testamento veteri omnis ille pro cuius peccatis immolabatur hostia tenebatur manibus cōtingere illam, & sese coniungere ei, vt ita protestaretur se etiam quodammodo immolari, & simul cum hostia sua in sacrificium offerri: pro quo legenda sunt primum caput Leuitici & 8. c. Numerorum. Oleaster etiam ibidē cōsulendus est.

Quomodo
dicamur
mortui mor-
te Christi.

Et forte propter hanc causam dispensatū est vt Christus ab omni plebe, itē & ab omni gente addiceretur passioni: vt sic quasi omnis plebs & gentes protestarentur se vna immolari cum Christo, & non quidem Christum, qui neci tradebatur, sed eos, qui reseruebantur, reos tāta necis esse: vt ille qui immola-

138
Quare Chri-
stus fuit ab
omni gen-
tium gene-
re passus.

bat pro peccatis hostiā erat iuguli dignus, non autem hostia ipsa. Quare dū Christus à Gētilibus simul & Iudæis, à masculis & à fœminis, à Regibus & Principibus, à discipulis eius & Petro, à laicis & Sacerdotibus, ab amicis atq; inimicis passus realiter est; iuxta quæ D. Th. expendit 3. parte quæst. 46. art. 5. idem omnino fuit atque si omne genus & gentis humanæ taboles pateretur cum illo: dum alij manibus, alij pedibus, alij nutibus, alij verbis, alij vocibus, alij vociferationibus, alij sententiis, alij clamoribus & lamentis ingētibusque doloribus sese tantæ hostiæ applicarent, & magno nexu coniungerent. Quæ tamen omnia agrè possent euenire si sacrificium Christi adeo patēs, publicum & solemne non fuisset, & omnibus tantæ rei gerendæ curam non suppeditasset. Et ideo non solum in Crucem Christus propter hæc agi debuit, sed etiam in die festo debuit in Crucem leuari, vt omnes qui pro tunc vacabant ab omnibus, vni huic vacarent sacrificio solemni.

Colligitur autē quod si, quia Christus pro omnibus mortuus est, vrgemur omnes ad viuendum, non tam nobis ipsis, quam Christo: longe magis constringamur ad hoc, ex eo quod non solum Christus pro omnibus mortuus est, sed morte illa quam nos, qui in ligno deliquimus, teneremur perpeti in ligno; morte vtique Crucis acerbissima atque ignobilissima. Et proinde colligitur conuenientissimū fuisse in ordine ad nos quod Christus talem mortem subierit: vt sic impellamur vrgentius vehementiusque ad viuendum, non tam pro nobis atque propter nos, quam Christo Domino atque propter Christum.

CAPVT OCTAVVM.



QUARTO iterum capite illud est, quod vt D. Tho. 1. 2. q. 73. art. 2. ostendit ex Aristot. lib. 4. Ethico. c. 5. tom. 5. malum, si sit integrū, destruit seipsum: quia fundamentū mali non potest non esse aliquid boni; vt fundamentū agridudinis est aliqua valetudo sanitalis; animalis: quia destructa omnia bona valetudine eius, vt per mortē destruitur, nō potest agridudo ipsa nō penitus dissipari, atque cum vita interire: & hoc ex natura rei. Vnde cū Christus Dominus necē cōminatus fuerit & exitiū morti, iuxta illud Osee 13. n. 14. *O mors ero mors tua*, locupletiori nullo potuit ex natura rei eā demoliri exercitu, quam per hoc quod in seipso mors pertingeret culmē fastigiūque omnium malorum, & malū integrū fieret. Vt vere facta est: quia vt Christus dixit Psal. 87. *Repleta est malis anima mea*. Et in morte Christi omnia quæ truculetā sanguinariā horrendā & ingloriā poterant conficere mortē confecta & compacta fuere. Mors enim Christi omnibus abundauit doloribus, atq; redūdauit conuitiis. Vt igitur mors, quæ

malū quoddā est, destrueretur penitus morte Christi, oportuit quod morte Christi omnia intercederent probra, conuitia, atque detrimēta, quæ possunt temerare hominem, & malum adintegrare.

Illud etiā pro eodē est quod vt Medicorū omniū axioma pronūtiat. *Venenū veneno mistum in antidotū vergit*. Iuxta ea quæ Galenus de theorica ad Pisonē scribit: & Plinius li. 7. c. 2: & iuxta ea quæ Medicorū alij, his carminibus historiam enarrantibus proferunt.

*Togica zelotipo dedit vxor mæcha marito,
Nec satis ad mortem credidit esse datum.
Miscuit argenti lethalia pondera vini,
Cogeret vt celerem sic geminata necem.
Diuidat hæc si quis faciat discretæ venena:
Antidotum sumet qui sociata bibat.*

Vnde frequenter Itali, etiam aliqui ex nostris Hispanis, tēporibus pestilentiæ applicāt sibi sacculos venenis refertos, quibus oblistere atque repugnare valeant veneno pestilentiæ irruenti atque ingruenti in cor. De quo etiam est videndus Galenus lib. 9. simplicium ca. de terra, & Auicenna fen. 1. lib. 4. tex. 4. cap. 2.

Si igitur venenū tēperatur veneno, & in antidotum transit ex natura rei: sequitur Christum optimē, ad mortis corrigendū venenum, & mortē in antidotum optimum cœlestēque cōmutandā, suæ mortis terribiæ ac summæ veneno irruisse insuluseq; in venenū mortis. Propter quod ex tunc mors, non mors, sed sopor appellata est, vel etiam somnū aut somnium; vt notant Sancti circa illud Ioan. 11. *Lazarus amicus noster dormit*.

ILLVD deniq; ab eodē capite est, quod vt D. Tho 3. p. q. 48. ar. 3. habet, cōueniēter caro Christi oblata pro nobis est hoc genere oblationis. Primo quidē, quia ex eo quod est humanæ naturæ caro, congrue pro hominibus offertur, & ab eis sumitur sub Sacramēto. Secundō, quia ex eo quod erat passibilis & mortalis apta erat immolationi. Tertiō, quia per hoc, quod erat sine peccato, efficax erat ad demundāda peccata. Quartō, quia ex eo, quod erat caro ipsius offerentis, erat Deo accepta propter ineffabilem charitatē, suā carnem offerentis. Vnde August. dicit tom. 3. lib. 4. de Trinitate cap. 14. *Quid tam congruenter ab hominibus sumeretur, quod pro eis offerretur, quam humana caro? & quid tam aptum huic immolationi, quæ caro mortalis? & quid tam mundum pro mūdandis vitis mortalium, quam sine contagione carnalis concupiscentiæ caro, nata in vtero, & ex vtero virginali? & quid tam grate offerri, & suscipi posset, quam caro sacrificij nostri, corpus effectum sacerdotis nostri?* Adde: quid tam consentaneē posset pro summis immolari sceleribus, quam summa & optima hostia; illa videlicet, quæ tā ex parte rei oblata, quam ex parte modi & generis sacrificij summa victima erat? Ex parte igitur atque ex naturis rerum conueniēter Christus in mortem sublatus est, & in mortē acerrimam, vtique in mortem Crucis.

Audi Medicorū Theoremata.

Expēde veneni naturam.

140

141
Nota conuenientiam passionis Christi.

139

Quarū genus orationum pro conuenientia passionis

Explicata duo loca scripturæ.

CAPVT NONVM.



PRIMUM vt propalemus caput obseruandum est; quod licet apud gentium, pluresque, & maximè apud Occiduas, viluerit Crux: apud Orientales tamen in maximis semper fuit habita. Vt enim Gundifalvus de Illelcas lib. 6. Pontificalis Historiæ in vita Leonis X. §. 8. anni 1519. testatur: in Prouincia Acuzamel Idolū quoddam adinuentum est in forma Crucis, quod Deum pluuiæ incolæ appellabant, & tanquam Deum verum colebant: fidem faciente de hoc Ferdinando illo Cortes stupore mundi per omnes mundi cancellos.

AEgyptij etiam ad eò extulerunt Crucem vt in pectore Serapidis, quem vt Deorum supremum habebant & optimum, eam tanquam gemma defigerent: iuxta Cassanetm Cathalogo gloriæ mundi, parte prima; confid. 38. conclusione 9.

Et quoniam similiter Græci hoc venerabatur Idolū, in Serapidis tēplo multas expreferunt cruces: quæ omnes comparuerunt diruto disiectoque huiusmodi templo, quod magno Theodosio regnante euersum est: iuxta Sozomenum lib. 7. historiæ Ecclesiasticæ cap. 15.

AEgyptij etiam Crucis simbolo significabant vitam venturam: iuxta Rufinum lib. 2. cap. 29. Et vt Erasmus refert adag. 85. chiliadis: quotiens antiqui suffragia libertatis donabant; signum Crucis, nēpe litteram, T, porrigebant. Et in bello superstites eadem signabatur littera: vt Couarrubias in cap. Alma mater, parte prima, §. 8. & Sixtus Senensis lib. secundo Bibliothecæ Sanctæ referunt. Referente etiam Plinio lib. 28. cap. 4. antiquissimi Ethnici virtutem Crucis contra infestantes morbos experti plerumque sunt. Verba Plinij sic habent: *Item in quartanis fragmentum clauis à cruce, inuolutum lana, collo subnectunt: aut spartum è cruce: liberatoque condunt cauerna, quæ sol non attingat.*

Referente etiam Bartholomeo Cassaneo Cathalogo gloriæ mudi, parte prima, conf. 38. conclusione 99. & Cælio Rodigino lib. 10. cap. 8. olim cōsuetudinis erat proponere Crucis signū omnibus illis, à quibus boni aliquid efflagitabatur: adeò vt ad implorandam quamcunque rem magni pretij, vel etiam momenti notabilis, effingeretur crux indice formata ac pollice; quasi in exorcismum validum ad impetrandum rogata.

NEC MIRVM quod in politicis atque ciuilibus Crux in pretio & in gloria sit habita: cum etiam in naturalibus præstantissimas sedes eadem Crux obtineat. Imprimis enim, vt Maximus Taurinorum Episcopus hom. 2. de Cruce adnotat: cælum ipsum huius signi figu-

ra dispositum est: nam cum quatuor partibus distinguatur Oriente, Occidente, Meridiano, & Septentrione, quatuor quasi Crucis angulis cōtinetur. Sol præterea suo accessu & recessu Crucem delineat integram: oritur enim & occidit longa linea, & per meridiem flectitur ad Aquilonem linea transuersa: vt Ecclesiastici cap. 1. dicitur, & experientia cōstat. Planetæ atq; stellæ orbis octauis crucis figuram retinent, vt feruentius & potentius influant: iuxta Marsil. Ficin. de trip. vita, lib. 3. cap. 18. In polo antarético quatuor ingentis luminis magnitudinisque stellæ adsunt, quæ Crucem ex amulim depingunt: propter quod à nostris solent appellari: *El cruzero*: vt Ioseph de Acoffa historiæ Indorum lib. 2. ca. 5. refert. Quatuor etiam venti, ventorumque flatus & occurfus crucis suggestus sunt: atque etiam ipsa forma quadrata mundi: partesque quatuor totius orbis terræ: iuxta Hieronymum in cap. 11. Marci.

HOMO, rursus, natans per aquas, vel oras eleuatis manibus formam crucis refert. Et ipsa humana figura in hoc à brutorum differt figura & effigie, quod & recta est, & manuum extensionem habeat, crucisque formam retineat: vt Iustinus Martyr. Apo. 2. obseruat. Vnicornium etiam cornu bifurcum habet instar Crucis: vt obseruat idem Dialogo cōtra Triphonem. Aues quando volant, & pisces quādo nantant veluti cruces sunt: vt notat Hiero. tomo 2. hom. 8. Naves etiam, quibus mare scinditur, crucem delineant. Bonus agricola nō nisi per signum crucis, videlicet per aratrum terram vertit & rumpit: vt Maximus vbi supra obseruauit. Fossores terræ non absoluunt opus, neque operarij mechanici, nisi per instrumenta, quæ formam hanc crucis habeant: vt Iustinus Apolog. 2. expendit. Statera & lanx crucis figura sunt. Cicatrices quas conficiunt Chirurghi, vniuersæque telæ siue ex lana siue ex lino siue ex bombice, siue ex auro, testæque vniuersa ex quauis materia constructa formam crucis ostentant. Adminicula etiam quibus claudi, debilesque ad gradiendū vtuntur cruces sunt. Ac denique, vt cum Iustino Martyre vbi supra loquar, considerate omnia quæ in mundo sunt, an sine signo crucis gubernentur, aut possint præbere sui vsum. Vnde non ineptè, sed aptè dicemus: *Crucis omnia plena.*

Inter omnia tamen mirandum vnicum signum crucis extat in regio religiosoque valde Diui Benedicti apud Valisoletum Cœnobio. Ex vitis enim radicibus, non crucem tantum, sed Crucifixum etiam, sola natura (vel potius gratia) magistra, absque adminiculo artis constructum videmus, & adimpletum consideramus illud Christi Domini, Ioan. 15.

Ego sum vitis vera, licet hæc verba alium respererint sensum.

Crucis signū vniuersale.

144 Audi ad idem.

Nota hoc signum crucis.

142

Crucis apud multas nationes antiquas bonos.

Audi Egyptios venerantes symbolum crucis.

Magnum crucis omē.

143

Audi crucē naturaliter in multis radiantem.

CAPVT DECIMVM.

145



T NON solum in politicis vel etiã in naturalibus præfagia præconiãq; de signo crucis habetur: nã etiã in litteris sacris præstigia illustrissima crucis atque monumenta leguntur. Vt enim August. tom. 9. tract. 119. in Ioannẽ parũ à principio habet, & alij: arca Noe, virga Moyfi, lignũ missum in aquas, extensio & expansio manũ moyfi, littera T, lignũ vitæ, virgæ quas Iacob ouibus proponebat, baculũ in quo transiuit Iordanẽ, lapis ab eo erectus in titulũ, virga Aaron, virga Iesse, lignũ cui Christus & iustus comparatur, de cusatio manũ Iacob ad benedicendum filios Ioseph, adoratio fastigij virgæ eius, serpens æneus in deserto exaltatus, agni paschalis immolatio, (quia duobus in lignis ad modũ crucis cõpactis assari, iuxta aliquos, agnus ille solebat, forsan vt in craticula) peregrinatio filiorũ Israel in deserto per modũ crucis procedens, & innumera alia quæ præter August. vbi supra, recẽsent Cyprian. tract. de Syna & Syon, Iustinus Martyr vbi supra, Tertul. lib. 3. contra Marcionẽ, Damasc. lib. 4. fidei c. 12. Hieron. Hieremiã 31. & alij alibi, crucis Hieroglyphica fuerunt.

Cruce Christi in multis præsignata.

Attende hoc.

Inter omnia tamen illud silentio nõ obruã, quod Isidorus expendit lib. quæstionum in Exod. cap. 40. videlicet verba legis quæ Deus expressit in tabulis legenda, signata fuisse per decẽ verba vt per eandẽ numerũ figura crucis exprimeretur. Huius enim formæ (inquit Isidorus) in decem X. littera est. Nam recto vno apicẽ à summo vsq; ad imum ducitur: rursus alio nõ dispari per transversa brachiorũ cõponitur. Vnde & ipse ait: non veni legẽ soluere, sed implere, vtique per passionem Crucis cuius imago fuit in tabulis. Hæc Isidorus.

146

Verba instrumenti veteris pro crucis commendatione.

VERBA rursus commendationis & laudis in encomiũ crucis vetus instrumentũ produxit. Sapietia enim. 17. n. 7. ita dicitur. *Benedictum sit lignũ per quod sit iustitia.* Ezechielis 9. n. 4. *Dixit Dominus ad Cherub, transi per mediam ciuitatem in medio Hierusalem, & signa Theu super frontes virorum gementiũ.* Et numero 6. *Omne super quẽ videritis Theu, ne occidatis.* Isaia 9. *Factus est Principatus super humerũ eius.* Vbi Dominica crux, principatus Christi appellatur: iuxta Tertul. lib. cõtra Iudæos, & iuxta Iustinũ Martyr. 2. appolog. & etiã iuxta alios cap. præcedenti inductos, dũ explicuimus conuenientiã dedactionis ac baiulationis Crucis per Christum.

Ex qua materia Domini Crux: & commendatio illius.

Adde quod vt noster Beda in collectancis & floribus habet. *Cruce Domini de quatuor lignis facta est, quæ vocantur Cypressus, Cedrus, Pinus, & Buxus. Sed Buxus non fuit in Cruce: nisi tabula de illo ligno supra frontem Christi fuit, in qua conscripserunt Iudæi titulum: Hic est Rex Iudæorũ. Cypressus fuit in terra vsque ad tabulam. Cedrus in transversum. Pinus sursum.* Constat autem hu-

iusmodi omnes arbores maximas à sacris litteris cõmendationes fortiri. Ecclesiast. enim. 24. n. 17. & c. 50. n. 11. de proceritate cõmendatur Cypressus iuxta ac Cedrus, dum dicitur. *Quasi Cedrus exaltata sum in Libano, & quasi Cypressus in monte Syon.* Et de solo Cypresso. *Quasi Oliua pullulans, & Cypressus in altitudine se extollens.* Et de Cedris Cantic. 5. n. 15. *Species eius vt Libani electus vt Cedri.* De Pino etiã atq; Buxo Isaia 60. cap. n. 13. ita dicitur. *Gloria Libani ad te veniet, Buxus & Pinus simul; ad ornandum locũ sanctificationis meæ, & locum pedum meorum glorificabo.* Vbi obiter notandum occurrit quod cum Buxus exigua & valde exigua sit arbor & pöderosissima simul, non solũ respectu reliquarum triũ quæ dominicã crucem compegerunt, sed etiã respectu omnium, adeo vt cũ reliquæ super aquas innatent, sola Buxus subsideat in aqua, quasi in ostentũ & signũ deiectionis suæ atque exiguitatis: adhuc crucis iuga fastigiaq; occupauit, atq; crucis verba ipsa sibi soli præripuit: forte vt vel sic compareret quod non tantũ ex hominibus ipsis, verum & ex lignis atque fructibus terræ paruulos delegit in ærarium litterarum suarum, & in capita Reipub. suæ Christus Dominus. Ex quo illud Luca 10. nu. 21. *Abcondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.*

Expende pro humilitate.

CAPVT VNDECIMVM.



ANTIS igitur honoribus auctã, titulisque redimitam crucẽ, cui, nisi tantum Christo, iure mancipari poterat? Incluta enim omnia & altissima quæque inclutũ illum tantũ & altissimum concedent Christũ, de quo testatum est: *Tu solus altissimus Iesu Christe.* Et sanè sicut omnia mundi (iuxta quæ nuper dicebam,) figuram crucis ostentant: ita eadem Iesum Christum figurant: adeo vt propter hoc dicatur Christus *Primogenitus omnium creaturarum.* Ad Colos. 1. nu. 15. quasi creaturæ omnes nutibus, nixibus, clamoribus, signis aut inumbrationibus saltẽ Iesum Christum ediderint: ita Christi ad crucem quasi naturalis societas & conglutinatio est, vt potẽ similis ad simile parilisque quodammodo ad parile.

147

Cur dicatur Christus primogenitus creaturarũ.

SVBIVNGAM quod Rupertus noster in c. 24. li. 9. in Genes. pro explicatione manũ, quas decusauit Iacob ad benedicẽdũ Ephraim & Manassẽ, hisce verbis adnotauit de Cruce. *Sine dubio transpositio manuum Iacob, Crucis expressit figuram. Nunquid sic commutando manus, casu figurauit crucem? Nunquid non poterat Manassẽ ponere ad sinistram suam: Ephraim vero ad dexteram? Poterat sane: Sed Propheeta erat, & propheticò spiritu sciebat quod per crucẽ cõponenda esset benedictio, quã veterus legislator daret, vel quã, in semine Abrahæ, benediceretur omnes gentes. Nã quĩ de Christo prædixerat: lauabit in vino stolã suã, & in sanguine vna palliũ suũ: non poterat nescire, quali torculari vna illa esset premẽda, & vinũ foret exprimẽdũ. Ergo tãquã Propheeta simul & Pa-*

148 Explicatur locus Genes.

Cruce summum torcular.

triarcha, quemadmodum verbis prophetare potuit, Ephraim, qui erat iunior, maiorem futurum Manasse sic & manuum positione, Crucem Christi præfigurare sciuit, per quam vique Iudaico populo seniori præferendus erat iunior populus Gentilis. Vnde sicut ignis iure ignis vendicat sibi adhiberi floribus exlugendis exprimendisque & penitus euacuandis pro liquore odorifero, & sicut torcular iure torcularis vendicat sibi adhiberi viuis premendis, & exprimendis pro vino, haud secus, nostro modo loquendi, Dominica Crux iure crucis vendicabat sibi adhiberi in euacuatione sanguinis Redemptoris Christi, se ipsum effundentis in pretium atque in redemptionem hominum. Summum enim torcular summum decebat botrum. Et sicut Iacob non potuit plenius representare, atque luculentius indicare inuersionem gentis Iudaicæ, & subleuationem Gentilis faciendam per Christi mortem, quam decufando ma-

nus, & in effigiem crucis illas fingendo; vt sic demonstratur vtrumque populum (qui Deo pro manibus erat) molesto labore Dei decufandos atque traiciendos esse: Sic Christus Dominus cumulatius non potuit præstare traiectionem istam quam per teterrimum omnium crucis tormentum.

SVBIVNGAM denique quod primū suppliciorum omnium, de quibus sacris in litteris, ad fontes & noxios puniendos, supplicium crucis fuit. De hoc enim sermo instituitur Genes. 40. c. cum tamen antea de nullo supplicio hominum mentio præcesserit. Satis autem conueniens erat vt primum hominum scelus primo hominum vindicaretur supplicio: vtique supplicio crucis.

Conuenienter igitur tam in ordine ad Deū, & ad Christum, & ad nos, & ad naturas rerum, & tandem ad Crucē ipsam supplicio crucis Christus affectus est.

149
Supplicium crucis omnium antiquius.

QVINTA PARS QVAESTIONIS, IN SOLVTIONEM argumentorum ad calcem Secundæ partis.

CAPVT PRIMVM.



ARGVMENTA in contrarium producta ad calcem secundæ partis diruta iam satis ex dictis atque diluta manēt. Vt tamen diluantur per ordinem, singulis solutionem affigam.

AD primum respondetur cum Diuo Thoma, Tertia parte quaestione 46. art. 4. ad primum: quod altare holocaustorum, in quo sacrificia animalium offerebantur, erat factum de lignis, vt habetur Exodi 26: Et quantum ad hoc veritas respondet figuræ. Non autem oportet, quod quantum ad omnia: quia iam non esset similitudo, sed veritas: vt Damascenus dicit in 3. lib. cap. 26. Specialiter tamen, vt Chrysostomus dicit, non caput ei amputatur, vt Ioanni: neque sectus est, vt Isaias: vt corpus integrum & indiuisibile morti seruet, & non fiat occasio volentibus Ecclesiā diuidere. Loco autem materialis ignis, fuit in holocausto Christi, ignis charitatis. Hæc D. Thomas.

Quibus præter rationes capitæ præcedētis, eam ego nunc adderem: quia Christus Dominus, non vnum vel alterum, sed omnigenū Patri sacrificium ferebat: vtique holocaustum, pacificum, & pro peccatis: ideo immo-

lari debuit immolatione quæ omnes immolationum rationes ambiret & contineret: Constat autem quod solum crucis supplicium poterat includere eas: vtpotē quod atrocissimū omnium atque sæuerissimū erat.

Ad secundum respondetur cum eodem D. Thoma vbi supra: quod Christus detestabiles passiones assumere reuicit, quæ pertinebant ad effectum scientiæ, vel gratiæ, aut etiā virtutis: non autem illas, quæ pertinent ad iniuriam ab exteriori illatam. Quinimo, vt dicitur Heb. 12. Sustinuit crucem confusione contempta.

AD tertium respondetur cum ipso D. Thoma ibidem, solutione ad tertium: quod sicut August. dicit 14. contra Faustum, peccatum maledictum est, & per consequens mors, & mortalitas ex peccato proueniens. Caro autem Christi mortalis fuit, similitudinem habens carnis peccati. Et propter hoc Moyses eam nominauit maledictum: sicut Apostolus nominat eam peccatum: dicens 2. ad Cor. 5. Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit. Scilicet propter pœnā peccati. Nec ideo maior inuidia est, quia dixit Maledictus est à Deo, nisi enim Deus peccatū odisset, non ad eā suscipiendam, atque tollendam filium suū mitteret. Confitere ergo maledictum suscepisse pro nobis, quem confiteris mortuum esse pro nobis. Vnde ad Galat. 3. dicitur. Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum. Hæc D. Thom. ex August.

POSSVMVS præterea dicere cum Hiero-

Quas passiones respuit Christus.

151
Cur caro Christi appellata sit maledictū, & peccatum.

150
Respondetur ad argumenta 5. capituli 2. partis.

Quo igne cōfectū sacrificiū Christi.

152

Quomodo erat maledictus qui pēdebat in ligno.

nymo lib. 2. super cap. 3. ad Galat, non omnē pendentem in ligno eo ipso maledictum fuisse: sed eum dumtaxat hominem, qui propter scelus fuerat sublatus in crucem: vt patet in Mardocheo. Is enim licet conscenderet crucem quam illi Aman iniqua pręparauerat mēte, non propterea maledictus fuisse. Et ideo postquā Christus excepit acclamationes populi resonātis atq; intonātis per aēra: *Benedictus qui venit in nomine Domini.* potuit pēdere in ligno citra maledictionis cęsurā vel notulā.

Et sanē vt Elifæus exfufcitaturus infantulum sese attemperauit vel potius adęquauit ei: ita vt infantuli exiguitatem, non autem viri proceritatem videretur habere, esto haberet: sic Christus redempturus homines sub maledictō agentes sic se accōmodauit illis & quasi exa quauit eis, vt maledictū illorū quantū ad similitudinem, & speciem in Cruce referret.

Adde cum Augustino vbi supra à D. Thoma citato. *Numquid serpens quem Moyses exaltauit in deserto, eo quod in ligno pependit, maledictus fuit? absit. Cum igitur ita exaltari oportuit filium hominis, iuxta ipsius verbum Ioan. 3. constat maledictum non fuisse.*

CAPVT SECVNDVM

I 53 Apud aliquos supplicium Crucis erat contra nobiles.

AD QVARTVM respōdetur quod licet apud Gētiles supplicium crucis pro infimis & abiectis hominibus, vel etiam pro grassatoribus, parricidīsq; imō & homicidis vīrpatum & addictum esset potissimē: adhuc pro ingenuis etiam atque nobilissimis erat Principibus mancipatū. Apud Carthaginenses enim tam seuera viguit disciplina, vt si quis Imperator aut Dux prauo cōsilio, licet fœlici euentu pugnasset, fœdo supplicio crucis erat puniendus: vt Liuius 3. dec. lib. 2. in fine, & lib. 8. in oratione Cn. Manlij Procons. & Valer. Max. lib. 2. cap. 2. Plutarcusque in Timoleone. Referente etiam Diodoro Siculo lib. 3. de Fab. Anti. gestis, Ninus Assyriorum Rex post debellatum Pharnum Mœdorum Regem, tam illum quam vxorem & filios in crucem subleuauit. Referente etiā Plutarcho in vita Alexandri, & Quinto Curt. lib. 20. Alexander egit in crucem Glaucum illum Medicum ob conceptam suspitionem de illo quod non sese strenuum ostenderat in medenda Ephestionis lethrali ægritudine. Et vt Author est Vulca. Gall⁹ in vita Auidij Calsij, Romani suffigere Cruci militū non paruā cohortē, ducēte exercitu eodē Auidio Calsio. Et vt fidē facit Iulius Capi. in vita Pertin. antiquiores Galli per Sacerdotes suos, quos vocabāt, Druydas, in crucem agebant homines quos in vīctimas potissimas imolabant.

Apud Hebræos qui fiebant in Cruce.

Apud Hebræos etiā latius quā per homicidas patebat supplicium hoc. Numer. enim c. 25. Optimates populi in crucē dediti sunt. Iosue præterea cap. 8. & 10. tã Rex Hay quā quinque alij Reguli à Iosue deuicti in crucibus pe-

riere iussu Iosue. Secundo etiā Reg. c. 21. septē filij Saul in crucē acti leguntur. Esther præterea c. 8. & 9. tã Aman familiarissimus arque coniunctissimus Regi, quā eius filij cruce premissi ostenduntur. Et vt refertur ibidem c. 5. nu. 14. excelsam præparari crucem in Mardocheū iussit Aman, quia non illi obsecundabat neque morē gerebat. Ex quo sequitur, quod licet supplicium crucis iure nō esset addictū, omnibus vindicandis sceleribus, sed tantū aliquibus iam dudū superius relatis: iure tamē cautū non erat quin applicari posset in vltionē atq; vindictā criminis magni momenti: quale in simulabāt Iudæi Christo Domino: & proinde gratia huius petebant, violentisque vocibus efflagitabant crucem illi.

RESPONDERI etiā potest secundo cum Baronio Cardinali, tomo 2. annalium Ecclē. anno Christi 34. n. 92. dicēte: q̄ quia Barrabæ supplicium crucis debebatur duplici ex causa, tū vt latroni, tū quia homicidiū in seditione fecerat: & optio fuit illis à Pilato cōcessa, vt alterū de duobus eriperēt, vel Iesum, vel Barrabā: occasione sumpserunt Iudæi non solū eripiēdi Barrabā, sed in clamādī etiā, vt supplicium Crucis duplici ex causa debitum, addictumq; Barrabæ, conuerteretur in Christū. Et ita, inquit Baronius, nunquam antea aduersus Christum, vt crucifigeretur, conclamarunt Iudæi: quam cum optionem dedit illis Pilatus, vt alterum de duobus eligerent.

CAPVT TERTIVM.

AD VLTIMVM respōdetur quod ab inimicis Iudæis, quibus hoc mysteriū Crucis pro scādalo est, & etiā à Gētilibus Græcis, quibus insipientia videtur, vt habet Paulus 1. Cor. 1. nu. 23. probro datur nobis (& quidē ingenti probro) quod hominē Crucifixum colamus, vt verē (& vtinā verē!) colimus & recolimus. A baptizatis tamē atq; Catholicis, quibus Sacramētū hoc Dei virtus est & sapiētia, vt habet Paulus vbi supra ad Cor. ita datur in laudē & gloriā, vt ablit gloriari in alio quā in Cruce eius: vt habet Paulus ad Gala. 3.

Vt enim perpēdit Chrysoft. tom. 5. tractatu cōtra Gent. in Cruce aliter, quā in rebus humanis euenit. Hi enim qui in gloria magna vixerunt, rebulq; florentibus sunt potiti, statim cū moriuntur, pereūt, & cūcta cū eis: nā leges eorū irritantur, statux obscurātur, memoriaq; extinguitur. Secus autem in Cruce. Res enim eius post Christi obitum multo clariore sunt redditę: adeo, vt Reges, & Principes, Pręsides, & milites, liberi, & serui, sapientes & insipientes, & reliqua hominum genera, ac terræ omnes quas spectat Sol ad Crucifixū currant: & hoc genus mortis diademate quouis gloriosius sit illis. Nam Reges positis diadematis Crucis suscipiunt mortis symbolum. In purpura Crux, in armis Crux, in mensa Crux, in toto orbe Crux, & super Solem Crux.

I 54 Vnde sumpserint occasionem Iudæi petendi Crucē Christo.

I 55 Sors Christi longe alia à sorte reliquarum rerum.

*Audi Chry-
sost. pro en-
comio Cru-
cis.*

Et iterū post pauca idē, hoc maledictū, hoc ex-
tremū supplicij symbolū, videlicet Crux dia-
dematibus & coronis clarior effecta est. Nec
enim sic regia corona ornabatur caput, vt Cru-
ce. Et ideo, quā omnes prius abhorrebāt, om-
nes perquirūt modo, & apud omnes omniq̄
loco inuenitur: apud Principes, apud subditos,
apud mulieres, apud viros, apud virgines, apud
nuptas. Subinde enim omnes eae signāt inscri-
bēdo in nobilissimū mebrū nostrū Crucē. In
frōte enim nostra, quasi in colūna cottidie fi-
guratur. Hanc vbique celebrari videre licet,
in domibus, in foro, in solitudine, in mōtibz,
in collibus, in vīs, in vallibus, in mari, in nau-
giis, in lectis, in vestibus, in armis, in thalamis,
in vasibus argenteis, in aureis, in murorum pi-
cturis, in bellis, in pace, in diebus, in noctibus,
in monachorū ordinibus; certatim enim donū
hoc mirabile rapiūt omnes: & qui parum ali-
quid de ipsa dominica Cruce, etī modicū, ha-
bēt, hoc tā vīri quā mulieres auro includūt, &
suis ceruicibus aptant. Ita Chrysostomus.

156

*Imperato-
res quos bo-
nores detu-
lerint Cru-
ci.*

His cumulare possumus honores Cruci
delatos ab Imperatoribus sacris. Cōstantinus
Magn⁹, imprimis, vexillū sui exercitus signo
crucis ornauit. Et ex tunc Christianorū lauarū
eodē signo redimitur. Iustinus prāterea pro-
hibuit tāuerissimē signū Crucis humi vel si-
lice exarari. Tiberius tolli iussit marmoream
quandā tabellā in pavimento substraetā: quia
in ea signū Crucis expressum continebatur.
Arcadius monetā quandā aureā signū Crucis
referentē excussit. Et Lusitanī Reges maiora
sui regni numismata hoc eodē signo expref-
erunt; propter quā dicantur antonomasticē,
Cruzados de Portugal.

*Honor Cru-
cis apud
Hispanos.*

Et vt vno dicta dicendaque (quā innumera
essent) verbo cōplectar: gloriosum adeo Cru-
cis signum est, vt inter Christianos, prāsertim
Hispaniā nostrā, nobiliores primoresque vi-
ri pro nobilitatis insigne toto caelo ambient
Crucē in sinistro pectore, omnium ostentū
subiicere. Episcopi prāterea, & omnes Eccle-
siā proceres Principes atque Patres Crucem
suis aptant ceruicibus perpetuo ferendam, vt
stabile dignitatis suae prāconium & signum.
Et ipsa sacratissima fidei contra prauitatem
Hæreticam sacratissima ara (cuius ego licet in-
dignus minister à censuris sum) Crucem pro
summo gestamine atque vexillo iactant.

157

*Eximium
decus Cru-
cis apud an-
tiquos fide-
les.*

Nec mirum hæc, nam vt refert Francis-
cus Alua in descriptione Aethiopiæ cap. 74.
antiquiores illi catholici, qui incoluerunt
Aethiopiā, vt Imperatori suo concinne fa-
mularētur, supra dextrum humerum, ferro &
igne Crucem indelebilem exprimebant. Et in-
colentes Mauri Montanam Argelinā in Afri-
ca, qui Azuagui vocantur, etiam ferro & igni
sibi fodiunt in dextra maxilla indelebilem Cru-
cem: ob id solum quod posteri, atq; progenies
sunt Christianorum, qui illuc migrarunt, dum
per comitem Iulianum Hispaniā proditorem
Hispaniā à Mauris occupata est, & eliminati

Christiani atque pulsi ab ea: De quo, deque
multis aliis ad hanc rem conducentibus vide-
ri potest Ioannes de Torres lib. 3. de institu-
tione Principis à cap. 3. & deinceps, Petrus
etiam Gregorius lib. 12. de Repub. cap. 16: nā
ego à dicendis desisto.

CAPVT QVARTVM.



ECMIRVM quod pluscula ego
hæc de Cruce congesserim: nam
prāterquā quod Hispania no-
stra, Crucē atque Crucis signū,
longe lateque venerari, supra
vniuersas Christianæ gētis nationes, nouit, &
noscit. Institutum tamē Benedictinū nostrū,
quod in Hispania floret, tot tantisq; Domini-
cæ Crucis monumentis gaudet; vt nos tanti
ararij creasse videatur custodes: & tantum
apud nos conquescere voluisse.

IMPRIMIS enim brachiū integrū, sinistrū
videlicet, sanctissimæ Crucis, in monasterio
nostro Sancti Turibij habetur, delatū à Beato
Turibio à Hierusalē grario vsq; ad Asturiū mō-
tanus, vbi & eius corpus conditū est. Frustrum
etiā aliud magnitudinis plusquā pedalis, quod
Comes Ferdināus Gonzalez secū deferebat
in præliis, in antiquissimo nobilissimoq; mo-
nasterio Sancti Petri de Arlanza, propē oppi-
dum Couarrubias, (meū oppidum) extat. In
monasterio item, quod vulgō appellatur Oña
longe quidem Regio, sed longius religioso,
partes aliquot mediocris magnitudinis huius
magnæ Crucis tenētur. Et ne prolixā oratio-
nē protendā; nullum apud nostrā Vallisoleti
congregationem monasterium viget, quod
partem aliquam, nec minimam; huius pretio-
sissimi ligni donariique non asseruet.

Vltra hoc Equestres, militaresque Cruces,
quæ totū Hispaniæ nostræ sunt decus & or-
namētū, vt Crux rubea Calatraua, viridis Al-
cantaræ in Castella: Montesea & Auisea in
Valentia: Christina in Lusitania: & Sancti
Stephani in Florentia, nostræ, nostrique insti-
tuti Benedictini sunt, & à nostris Monachis
fundatæ Benedictinis.

Accidit denique quod ipse, quisquis nā sim,
optima & secūda quæ habeo in diebus Crucis
atque passionis suscepi, Sexta enim feria, sub
lucem diei, natus sum. Cuculū Benedictinum,
licet indignus, indui. Votū solēne professionis
emisi die Inuētionis Crucis. Sexta etiam feria
primā missam cātaui. Studiorū meorū remune-
rationē semel bis tertio quartō atq; sextō obti-
nui, ex duobus naufragiis incolumis per Cru-
cem euasi feria eadem. Et vtinam eadem feria
viam vniuersæ carnis ingrediar! recogitabo
enim quod ab omnibus feriabor erumnis.

Adde etiam, quod & Antonius sum, & mo-
nachus atque adeo non alienus ab Antoniana
Cruce: vt plus omnibus debeam illud Pauli-
num occinere ad Galat. 2. num. 19. *Christo con-
fixus sum Cruci*, vt sic cum Christo per Chri-
stum & in Christo viuam, moriarque Amen.

*Benedicti-
norum fa-
milia maxi-
me de Cru-
ce Christi
merita.*

158

*Exaria sa-
cra Crucis.*

*Benedicti-
ni equites
Cruciarj.*

*Author
Cruci Chri-
sti deuinct⁹
multiplici
iure.*

LECTIO PRIMA, HABITA IN SACELLO

BEATISSIMÆ BARBARÆ,
nocte tremendi examinis.

1
Difficultas
operis.



ACTENVS Patres
Conscripti bellitatio-
nes, & pugnae, leuio-
resque hastae. Nunc hor-
renda Martis. Hactenus
proponere tantum:
sed iam propugnare est.
Et utinam propugnari
non sit! Nam si neque

Hercules contra duos: quomodo qui non Her-
cules contra duos denos? Si contra conflictum
geminum nullus audent consistere: quis contra
tam geminatum gemmatumque stabit iacur-
sum?

Scopus hu-
ius praele-
ctionis.

Ad vestram igitur Patres Conscripti bellicam
arenam descendendi, quae vestris est congrega-
tionibus deputata: ut illis faciatis periculum,
idemque trepidum, eorum qui sese vobis ten-
tandos obiciunt in saerae Theologiae pro-
gressibus.

Sed si oportet campum (& maxime bellum)
imbecilliore esse cultore, ut celebre pro-
verbium iacet, ne cultorem illidat: necessum
est quod absumar ipse a subiecta arena, quae
campus est vestris influxibus ferocissimus.

Auxiliare tamen illud deprecabor numen,
exercituum Dominum, Deum utique: ut im-
pertiat athletae congruum in hoc Marte
conueniensque subsidium. Et idem Beatissimae
Virgini, Benedicto Patri, Beatissimo Petro,
Antonio, Athanasio, Gregorio, Dominicoque;
Silensi enixe precabor, ac precor. Et a vobis,
Patres Conscripti veniam atque pacem im-
ploro eorum, quae minus apte, nedum inepte,
protulerim.

Materia di-
cendorum.

IGITUR concertationis praesentis mate-
ries illa est, quam sententiarum Magister in
lib. senten. 2. distinct. 40. inserit, de influxu fi-
nis in omnes actus humanos. Haec enim so-
lita, & utinam secunda, atque felicissima for-
te, hesternam mihi obuenit; pro scopo & cardine
praesentis agitationis.

2
Conclusio
textualis.

CONTEXTVS autem & ambitus totius
distinctionis hac vna conclusione perstrin-
gitur.

Omnes humani actus ex fine pen-
sandi sunt ut dicantur boni vel
mali simpliciter.



CCO VOBIS Patres Co-
scripti erectam conflictus
nostri prominentissimam
arcem: Ex qua non qui-
dem terrarum, quod mini-
mum est, sed terricolarum
omnium, & caelicolarum

Distribu-
tio quaestio-
nis.

fines prospicere licebit. De fine siquidem
moralium actionum sermo ineundus est, & ha-
bendus; iuxta conclusionis praefixae tenorem
& postulatam. In qua conclusione, quia duo
continentur potissimum: videlicet, finem pra-
bere actibus malitiam & bonitatem; & non
qualemcunque, aut quomodocunque mali-
tiam & bonitatem, sed malitiam & bonita-
tem simpliciter: ideo potissimum duas qua-
estiones exagitabo, ambientes duas praefatae
conclusionis examinandae partes. Ut autem a
prima ordiar, sit.

PRIMUM DVBIUM.

An humani actus a fine accipiunt
bonitatem, vel mali-
tiam mora-
lem?

PRIMA PARS QVAESTIONIS
praefixae.



EGANTEM quaestiones huius,
hisce poterimus argumentatio-
num nexibus machinari, atque
moliri partem.

PRIMUM CAPVT.

Arguitur
primo quod
finis non tri-
buat bonita-
tem huma-
nis actibus.



PRIMIS enim si propter ali-
quid finis posset præbere huma-
nis actibus bonitatem, id maxi-
mè esset, quoniam finis est obie-
ctum illorum: iuxta ea quæ hic
Magister sententiarum supponit, & commu-
nis effert Theologorum consensus Prima se-
cundæ, quæstione prima, art. 3. & quæstione
18. Sed finis proprie loquendo non potest
esse obiectum actuum exteriorum: vt ipse
D. Thom. concedit, quinimo & constituit
eadem Prima secundæ, art. 6. quæstionis 18.
Ergo non omnes actus humani accipiunt bo-
nitatem à fine, vel etiam malitiam. Sane D.
Thom. eo loci hoc discrimen constituit in-
ter actus interiores & exteriores humanos:
quod interior habet pro obiecto finem; ex-
terior vero, non nisi materiam illam circa
quam versatur. Et præter authoritatem D.
Thomæ, ratio ipsa illud manifestare vide-
tur. Conspicuum enim est actum elemosy-
næ quidditatiuè distingui ab actu temperan-
tiæ, quoniam materiæ circa quas versantur
quidditatiuè distinguuntur. Et idem omni-
no est de actu furandi & fornicandi, deque
omnibus aliis tam virtutum quam vitiorum
actibus. Omnes enim illi ex materia circa
quam versantur, habent quod sint boni vel
mali moraliter.

4

Cōfirmatur
primo pri-
mum argu-
mentum.

CONFIRMATUR primò, ex eo quod
actus diuersarum virtutum atque diuersorum
vitiatorum specie distinguuntur inter sese: vt
patet in actibus iustitiæ & misericordiæ, &
in actibus iniustitiæ & intemperantiæ: ex
quo sequitur quod habeant distincta obiecta:
siquidem per ordinem ad obiecta constituuntur
intrinsecè atque distinguuntur actus. Sed
finis vt finis est non habet quod sit particu-
laris & proprius respectu particularis atque
singularis actus: sed potius quod sit commu-
nis variis & diuersis actibus. Ergo signum
est quod non potest habere rationem obiecti
respectu actuum exteriorum requirentiū pro-
pria & sibi germana obiecta. Certè propter
vnum eundemque finem sepius exerceri
solent diuersi & specie distincti actus: vt patet
in eo qui vt suorum scelerum veniam adipis-
catur à Deo exercet se in actibus diuersarum
virtutum: & etiam in eo qui gratia aucupandi
mulierem dat operam furtis, sacrilegiis, & si
opus est homicidiis. Et licet huiusmodi actus
in vnam confluant rationem finis, quis tamen
dicet quod in vnam confluant rationem obie-
cti: & non potius quod specie, & quod ex ob-
iecto distent: vt patet in homicidio atque in
sacrilegio?

5

Consi. 2. idè
argumētū.

CONFIRMATUR secundò, ex eo quod si
actus isti haberent pro obiecto finem, & ab
vnitate finis haberent vnitatem obiecti, ac tã-

dem vnitatem essentiæ: sequeretur quod vni-
cum tantum essent secundum speciem pecca-
tum: & proinde non opus esse aperiri in con-
fessione tanquam plura peccata specie distin-
cta furtum & homicidium patrata gratia adul-
terij: sed tantum vt peccata numero dumtaxat
distincta: ita vt satis esset fateri, siue confiteri
tria adulterij peccata numero distincta: vt po-
tè quod solo tunc distinguerentur numero.
Mactè qui semel & iterum ad coniugatam
accessit, satis est vt explicet in confessione du-
plicem adulterij cōgressum, eo quod accessus
vterque eandem iniustitiæ speciem sortiuntur.
Si igitur omnes extrinseci actus habent
pro obiecto finem, sequitur quod quando fi-
nis est idem plurimis actibus, etiam sit vna
species illorum actuum: & proinde quod ipsi
inter se solo numero condistinguantur: ac de-
nique quod sufficienter in confessione ex-
plicentur explicata specie finis cum multi-
plicatione numerica actuum qui habiti sunt sub
illa. Quod si propter hoc dicas, conclusionem
Magistri esse tantum intelligendā de omnibus
actibus interioribus. Contra. Et argumentor

CAPVT SECVNDVM.



SECUNDO. Ex actibus interio-
ribus voluntatis nō omnes res-
piciunt finem tanquam suum
obiectum. Igitur finis non om-
nibus interioribus actibus præ-
bet bonitatem moralem, vel etiam malitiam:
siquidem si aliquo modo potest illam præsta-
re, debet esse sub ratione obiecti, iuxta su-
perius dicta initio argumenti primi. Antece-
dens autem videtur euentissimum in acti-
bus electionis, qui medium tantum habent
pro obiecto, non autem finem. Vt enim D.
Thom. 1. 2. quæstione 13. art. 3. habet, electio
tantum est eorum quæ sunt ad finem. Et vt
habet ipse ibidem, finis vt finis non cadit
sub electione. Hoc est; non est electionis obie-
ctum. Et quidem si finis esset obiectum ele-
ctionis; necessum esset, vt fines eligerentur:
siquidem vt obiecta visionis videtur, ita obie-
cta electionis eliguntur.

Et quidem quæ sunt ad finem eo dicuntur
electa, quia sunt obiectum actualis electio-
nis; & ideo dicuntur eligibilia, quia possunt
esse obiectum electionis. Constat autem re-
pugnare fini eligi: quia quod eligitur, non
propter se amatur, neque gratia sui appetitur,
sed tantum alterius gratia: quæ tamen repu-
gnant fini, de cuius ratione est vt gratia sui
angetur, & propter se appetatur. Quod
etiam vel ipsum nomen insonare videtur: cum
finis à finalizando dicatur, & ab eo quod est
finem & terminum ponere: quod tamen non
ita contingeret, si finis ipse vltius ordina-
retur, & appetitio illius ob aliam rem illi con-
tingeret.

6

Arguitur
2. ad idem.

Electio-
nis
actus quod
obiectū ha-
beant.

8

*Qualiter di-
stinguatur
electio, &
intentio.*

Confirmatur hoc ex eo, quod intentio & electio specie distinguuntur: ut patet tam ex D. Thoma ubi supra quaestione 12. & 13. quam ex eo quod intentio est causa electionis, & proinde prior illa saltem naturae ordine; non enim eligimus aliquid consentaneum ad finem, nisi quia intendimus illum finem. Cum igitur intentio habeat pro obiecto finem, ut per se notum est, & D. Thom. constituit supra quaestione 12. & patet ex eo quod intentio idem est quod volitio finis, sequitur quod electio non possit habere finem pro obiecto: quoniam aliam esset intentio, utpote habens idem specificatiuum obiectumque quod intentio.

7

NEC VALET dicere electionem in eo distinguere ab intentione, quod electio est simul volitio mediorum & finis, sicut scientia est cognitio simul principiorum & conclusio- num. Contra enim est quod etiam intentio est volitio finis & mediorum: siquidem qui intendit finem, etiam virtualiter vult media necessaria simpliciter ad consecutionem illius; sicuti & in praemissis continentur conclusiones. Ergo nisi aliunde distinguantur, ex hoc non poterit capite sumi quidditatiua distinc- tio inter actus istos.

*Finis non po-
test esse obie-
ctum electio-
nis.*

Maxime quod sicuti nullus unquam dixit quod medium sit obiectum intentionis praestans illi essentiam, bonitatem moralem, vel malitiam, etiam si intentio virtualis sit volitio mediorum: sic nullus poterit dicere, finem esse obiectum electionis praestans illi quidditatem, bonitatem, vel malitiam moralem, etiam si electio sit quodammodo finis volitio.

Quod si propter haec dixeris finem non praebere bonitatem vel malitiam moralem omnibus interioribus actibus: sed actibus intentionis dumtaxat, respectu quorum est proprium & quidditatiuum obiectum. Contra: & argu- mentor tertio.

CAPVT TERTIVM.

8

*Arguitur
3. sine non
dare bonita-
te actibus.*



TERTIO. Studium studiosè viuendi est actus intentionis, ut per se notum est. Et tamen bonitatem non habet à fine qui est eius obiectum. Igitur neque actus intentionis habent bonitatem à fine: & per consequens nullus est actus humanus qui habeat bonitatem ab eo: imò nec qui possit habere: siquidem respectu illorum quorum obiectum est, non est causa influens bonitatem moralem. Antecedens autem probatur ex eo quod studiosè viuere prout sic, est quid ab intrinseco continens omnia virtutum obiecta, omnesque laudabiles actus, & remunerabiles motus: ratio enim honestè viuendi est quidditatiuè superior ad honestatis omnes atque virtutum actus & habitus. Constat autè quod si studium studiosè viuendi aliquam ab hoc obiecto bonitatem acciperet, deberet accipe-

re omnem obiectorum omnium bonitatè moralem: & proinde reddi infinitè bonum: utpote affectum omni bonitate morali, etiam conceptibili.

CONFIRMATVR hoc ex eo quod non magis intentio de bono fine accipit bonitatem ab illo, quam intentio de malo fine malitiam. Sed in consimili obiecto nullus intentionis actus videtur aliquam ex proprio fine participare malitiam. Ergo neque bonitatem participare poterit aliqua intentio. Minorem argumèti huius ex eo probo, quod qui constituisset sibi inique & improbè agere, haberet pro obiecto & fine intentionis suae prauitatem, & iniquitatem ipsam secundum se, & per consequens omnem rationem atque quidditatem mali. Et tunc sequeretur, vel quod intentio illa esset infinitè mala, & infinitum peccatum, vel quod non acciperet malitiam aliquam à suo fine: cum non sit maior ratio, quare ab vno obiecto, potius quam ab alio malitiam desumat, cum omnia prospiciat ex æquo. Unde cum illud primum admittendum non sit, sequitur dicendum esse hoc secundum: & proinde quod neque finis immitat malitiam vel bonitatem in intentionis actibus: ac tandem tandem in nullis.

Quod si propter haec dixeris, finem non praebere humanis actibus bonitatem per modum obiecti: sed tantum per modum circumstantiae. Contra: & arguor quarto.

CAPVT QVARTVM.



QUARTO. Id quod habet rationem circumstantiae in humanis actibus, necessum est ut habeat se ad modum accidentis proprii, siue propriae passionis. Ut enim D. Thom. ostendit 1. 2. quaestione 7. art. 2. solutione ad secundum, accidentia communia humanis actibus sub nulla scientia cadunt: utpote quae per accidens, & penitus ab extrinseco accidunt, non autem ab intrinseco atque per se: & ideo non constituunt nisi ens per accidens, quod non est obiectum scientiae. Unde accidentia huiusmodi excluduntur ibi à D. Th. tanquam inepta ad rationem circumstantiae. Cum igitur ex omnibus accidentibus, quae possunt superuenire humanis actibus, nullum sit ita commune sicuti finis, siquidem vnus & idem numero finis potest ambire omnes humanos actus, ut patet in eo qui gratia ultimi finis veri, vel falsi peragit omnia sua: nec aliquid aliud sit quod magis ab extrinseco atque per accidens veniat quam finis, siquidem omnino per accidens & penitus ab extrinseco aduenit, verbi gratia, homicidio, quod fiat propter adulterium, vel propter vindictam: sequitur finem non posse habere rationem circumstantiae propriae dictae in humanis actibus: & proinde nec posse illis malitiam vel bonitatem tribuere. Etiam ut cir-

9
*Confirma-
tur 3. argu-
mentum.*

10
*Arguitur
4. ad idem.*

*Qualiter se
habeat acci-
dentia in
actibus mo-
ralibus.*

cunstantia vere omnino accidit eleemosynæ quod fiat propter redimenda peccata: siquidem ablata tali circumstantia finis, adhuc eadē numero poterit cum omni suo complemento & integritate decussa permanere. Et tam extra rem eleemosynæ videtur esse quod fiat in expiationem peccati, atque quod fiat in gratitudinis, & gratificationis obsequium. Siquidem eleemosynæ species neque includit neque excludit huiusmodi, & consimiles fines. Et idē omnino est de reliquis per omnia actibus quibus potest esse communis quilibet finis. Ex quo sequitur quod respectu nullius sit vere circumstantia.

I I
Confirmatur quartū argumentum.

CONFIRMATUR hoc ex eo, quod ea quæ communia sunt omnibus humanis actibus, nō possunt illis tribuere singularem malitiam, vel etiam bonitatem moralem. Vti quia amissio gratiæ est communis omnibus peccatis mortalibus, non potest illis tribuere singularem malitiam: & quoniam virtutum actibus commune est esse operantis bonum, nō præbet illis singularem aliquam bonitatem. Cum igitur conditio finis sit communis omnibus humanis actibus siue bonis siue malis, vt patet ex his quæ habentur Prima secundæ, quæstione prima, articulo primo, & tertio: sequitur quod finis nullam singularem prebeat bonitatem vel malitiam illis, etiam per modum circumstantiæ: sed quod omnis bonitas, vel malitia aliunde proueniat in eis, sicuti prouenit in actibus illis qui habent aliquas conditiones communes.

CAPVT QVINTVM.

I 2
Arguitur 5. finem nō præbere bonitatem aut malitiam actibus.

VINTO. Si actus humani haberent bonitatem vel etiam malitiam ex fine, sequeretur quod vnus & idem actus humanus simul esse posset bonus, & malus moraliter: quod tamē plus quam falsum videtur. Sequela autem probatur ex eo, quod potest aliquis vnus actus tendere in obiectum bonum & in finem malum: vt constat in actu eleemosynæ exercito propter innanam gloriam. Is enim habet bonum obiectum in genere moris, nempe obiectum liberalitatis vel misericordiæ, quarum est subuenire indigentibus, & per consequens est actus bonus moraliter. Cum autem ex alio capite in malum ordinetur finem, sequitur quod etiam sit malus malitia morali, si verum est quod malus finis malitiam moralem communicat.

Confir. 5. argumentum.

CONFIRMATUR hoc ex eo quod idem inconueniens emergeret quotiens exercetur actus circa obiectum prohibitum, gratia tamen boni finis moraliter: vt contingit quando tyrannus interficit martyrem arbitratus quod præstat in occisione illa obsequium Deo: & quando aliquis furatur vt subueniat pauperibus. Cum enim huiusmodi actus sint de bono fine, non possunt non esse moraliter boni, si verum

est quod actus humani accipiunt moralem bonitatem ex fine: & cum ex alia parte habeant obiectum prohibitum, etiam erunt moraliter mali: ac tandem erunt similiter boni & mali. Quod non minus falsum est quam quod vnus & idem actus intellectus sit verus simul & falsus: cum ita immediata sit in actibus voluntatis bonitas & malitia moralis, atque in actibus intellectus veritas atque falsitas.

Nec valet dicere verum & falsum esse per se differentias actuum intellectus, quia repugnat esse, aut intelligi actum intellectus qui non sit verus, vel falsus: propterea quod cum eius quidditas attendatur per attingentiam rei, non potest nō esse verus si attingit nō propterea est in se, neque potest non esse falsus si non sic attingat. Cum tamen actus voluntatis considerati mere materialiter non sint boni, nec mali moraliter.

Contra tamē est quod ex hoc plane sequitur non posse scilicet actus voluntatis moraliter consideratos non esse bonos aut malos moraliter. Quoniam si sunt legi conformes, atque consentanei, sunt proinde boni moraliter: si vero dissoni, & auersi, sunt proinde mali moraliter. Et ita tam repugnabit actui morali esse simul bonum & malum, atque actui intellectus esse simul verum, & falsum.

CAPVT SEXTVM.



EXTO. Vt actus humanus accipiat moralem bonitatem à fine, non satis est vt quomodocumque ordinetur in illum, sed quod omnino sit volitus gratia illius. Vt enim Arist. habet secundō ethicorum cap. 4. vt opus aliquod accipiat bonitatem, vel studiositatem ab aliqua virtute aut fine oportet, vt fiat à sciente, & propter ipsum: hoc est, propter præcisam bonitatem honestatemque virtutis aut finis; nā qui operatur iustitiam propter finem misericordiæ, non iustitiæ sed misericordiæ honestatem lucratur. Cum igitur non omnes actus qui moraliter fiunt, ita propter finem fiant, vt propter illum præcise, & non propter aliud fiant: sequitur non omnes actus humanos accipere bonitatem à fine: sed pauciores tantum: illos videlicet, qui mere propter honestatē ipsius finis fiunt.

I 3
Arguitur 6. ad idem.

Vnde qui præbet eleemosynam gratia fruedi delectatione quæ in dilargiendis pecuniis liberaliter est, non exercet actum affectum bonitate eleemosynæ vtpotē quod illum non facit propter honestatem ipsiusmet eleemosynæ: sed propter aliud. Et idem omnino est de prætore, Principe, aut Rege, qui non propter bonum iustitiæ, sed propter aliam rem, (vtique propter metum, amorem, gratitudinem, aut benevolentiam) ius dicunt, aut faciunt. Non enim solus ille qui fidem iudicij sui additam pretio habet, venalem se præstando, &

pretio ius dicendo, iustus non est: sed etiam ille qui ob finem alium à fine iustitiæ iustitiæ vacat: quia cum iustitiæ opus requirat & habeat suum germanum finem, non potest consistere absque illo. Et idem dicendum est de omni alio virtutum actu: quia omnis virtus requirit assumi ut finem sui actus: hoc est ut suus actus fiat propter honestatem illius.

Inò sequitur nullum ex humanis actibus posse malitiam habere à proprio fine; siquidem nemo tendens ad malum operatur, nec operari potest propter malitiam finis. Et constat quod finis malus eo modo concurrat ad inquinandum actum malitia sua, quo finis bonus ad honestandum eum sua bonitate morali.

CAPVT SEPTIMVM.



DENIQUE. Et argumētum hoc ad hominem est contra me. Influxus finis in humanos actus vel est realis, vel rationis tantum. Si primum; ergo non potest præbere humanis actibus malitiam mo-

ralem: siquidem malitia omnis, ens rationis est: iuxta ea quæ abunde nos, coram vos omnes Patres conscripti constitui, certamine 8. nostrorum quodlibetorum. Si secundum, ergo non potest influere bonitatem moralem in ipsis humanis actibus: siquidem (ut inibi, licet in transcurso, libavi) moralis bonitas actuum aliquid reale est. Constat autem quod neque influxus realis dat affectionem rationis: neque rationis influxus præbet entitatem realem: maxime quod hæc affectio est in genere causæ formalis. Sane qualis forma afficiens fuerit, talem necesse est esse effectum formalem quem tribuit: ita ut si fuerit substantialis, vel accidentalis, præbeat effectum formalem substantialem, vel accidentalem: ergo si fuerit ens rationis, consequens est ut non possit tribuere effectum formalem realem: & perinde neque bonitatem moralem quæ aliqua realitas est. Et si fuerit entitas realis, non possit tribuere malitiam moralem quæ ens rationis ratiocinata est: iuxta superius dicta.

Hæc sunt argumenta quibus impetere libuit conclusionem Magistri, gratia negatiuæ classis ex quæstione præmissa.

14.

Arguitur
6. ad idem.

S E C V N D A P A R S

Q V Æ S T I O N I S.

CAPVT PRIMVM.



AFFIRMATIVAM nihil sectius partem, quàm Magistri Sententiæ conclusionis per omnia approbat, amplexantur unico consensu omnes, tam sacri, quam prophani quique. Pro cuius explanatione primo præmittendum est finem multifariam desumi. Ut enim Aristot. 2. de anima cap. 4. textu 37. & 2. lib. Physic. cap. 1. textu 27. & cap. 7. textu 71. & cum eo D. Thom. obseruat: alius est finis qui, alius finis cui. Finis qui est illud, cuius obtinendi gratia aliquid fit: ut cum iter arripimus gratia inuisendi parentes. Finis autem cui, est illud in cuius gratiam fit aliquid: ut parentes in quorum gratiam iter prædictum assumimus, & ægrotus est finis cui medicamenta parantur.

Deinde præmittendum est cum Aristotile 1. de ortu & interitu cap. 7. textu 55. & 2. lib. Physic. cap. 7. textu 7. & 2. de celo cap. 3. textu 17. finium, alterum esse generationis, illum videlicet ad quem generatio & intentio generantis terminantur, qualis est for-

ma geniti: alterum vero esse finem rei genitæ, illum videlicet cuius gratia vnumquodque esse dicitur: qualis est operatio: quia vnum quodque dicitur esse propter suam operationem.

Demum præmittendum est, cum D. Tho. Prima secundæ, quæstione 18. articulo primo, alium esse finem operis, alium vero finem operantis. Ille est quæ opus per seipsum requirit: ut actus liberalitatis requirit ut fiat propter debitum vsum pecuniarum. Iste autem est quæ agens præscribit actui, ut quando aliquis ob motuum charitatis exercet actum elemosinæ: de quo plene infra in solutione ad primum, numero 24.

Denique obseruandum est præsentem quæstionem non procedere de fine cui, neque de fine generationis, sed de fine qui, & de fine generantis. Id est de fine operantis, & simul de fine operis: de quibus conclusio Magistri intelligenda est. Ut sequentia monstrabunt.

IMPRIMIS enim Sacra scriptura frequenter ex fine indicat honestatem & improbitatem actus. Osee enim 9. ita inquit. *Facti sunt abominabiles, sicut ea quæ dilexerunt.* Ecclesiastici 31. *Memento quia malus est oculus: nequius oculo quid creatum est?* Et cap. 35. *In bono oculo adinventionem tuam fac.* Matthæi 6. *Si oculus tuus nequam est, totum corpus tuum tenebrosum erit: si autem oculus tuus simplex fuerit, totum corpus*

Probatur
finem præ-
bere suis
actibus bo-
nitatem, &
malitiã mo-
ralem.

Quotuplex
finis.

15
Probatur
ex Scriptu-
ra conclusio
Magistri.

pus tuum lucidum erit. Et idem habetur Luca 11. In quibus elogiis oculi intentionem, quæ est ad finem designant: ut interpretantur omnes: præsertim Augustinus lib. 4. contra Iulianum cap. tertio. Propter quod Apostolus ad Hebræos quarto, constituit pro encomiis eloquiorum Dei discretionem atque cognitionem intentionum; inquit: sermonem Dei esse discretorem cognitionum & intentionum cordis. Et propter id ipsum Matth. 7. dictum est: *Non potest arbor bona malos fructus facere: nec arbor mala bonos fructus facere.* Vbi per bonam arborem, intentio bona subindicata est, & per malam arborem mala intentio; quoniam ut arbores potissimæ sunt frugum suarum cause: sic & intentiones (quæ semper circa finem versantur) sunt præstantissimæ causæ probabilitatis vel improbitatis omnium humanorum actuum.

Similiter propter eandem rem (iuxta aliquorum sententiam) inelamatum est à David Psalm. 49. *Iniquitas calcanei mei circumdedit me,* & Psalm. 55. *Ipsi calcaneum meum obseruabunt.* Quia calcaneus, eo quod postrema pedis pars, denotat affectionum nostrarum finem; qui cum iniquus est totam deturpat actionem. Et propterea inuigilant inimici, ut obseruent illum tamquam principem fontem à quo bonitas, & malitia promanant.

Quo etiam iure Genes. 3. dictum est: *Tu insidiaberis calcaneo eius.* Id est intentioni, ac fini: tanquam primoribus moralitatis capitibus; tentando ac moliendo ut bona quæ agimus, ob iniquum finem præstemus.

ITEM Sancti Patres à fine æstimant operationes humanas. Ut enim distinctione præfata Magister obseruat, Ambrosius lib. primo officiorum cap. 30. sic dixit: *Affectus tuus operi tuo nomen imponit.* Et August. Psalm. 31. *Bonum intentio facit, intentionem fides dirigit. Non valde attendas quid homo faciat, sed quid cum facit, attendat: quo lacertos optimæ gubernationis dirigat.* Et iterum lib. secundo, de moribus Ecclesiæ & Manich. cap. 13. *Finis quo referuntur ea, quæ facimus, si non solum inculpabilis, sed etiam laudabilis fuerit, tunc demum etiam facta nostra laude aliqua digna sunt. Sin finis iure, meritoque culpatur, quem spectamus & intuemur, cum in aliquo versamur officio, id quoque officium nemo improbandum vituperandumque dubitauerit.* Et Gregorius Magnus lib. 28. moral. cap. 13. *Sirecte intendimus, per simplicitatem cogitationis bonum opus efficitur. Et cum peruersa intentione, quid vel rectum agitur: etiam si splendore coram hominibus cernitur, apud examen interni iudicis obscuratur.*

Rursum cõsultissimus Seneca Epistola 96. ita loquitur. *Non in facto laus est: sed in eo quem admodum fiat. Amico ægro aliquis assidet? probamus. At hoc si hereditatis causa facit: vultur est, cadaver expectat. Eadem aut turpia sunt, aut honesta: refert quare, aut quem admodum fiant. Ergo infigi debet persuasio ad totam pertinens vitam: qualis hæc persuasio fuerit, talia erunt quæ agentur, quæ cogitabuntur. Proponamus oportet finem*

summi boni, ad quem omne factum, omneque dictum nostrum respiciat: veluti nauiganibus ad aliquod sydus dirigendus est cursus. Qui amplius posses, vel à D. Thomae, vel ab Augustino expectare? Publius etiam minor sic. *Non adspicias quam plenas quisque manus Deo: sed quam puras admoueat.*

CAPVT SECVNDVM.



T QVIDEM si ratio finis in eos ita est, ut eius gratia aliquid fiat, iuxta quæ Arist. habet secundo Physicorum cap. 3. tex. 29. *Necessum est quod iuxta finem bonitatem vel malitiam moralem pensanda sit bonitas, vel etiam malitia actuum humanorum quibus est germanum pendere & causari à fine, ut à præstantissima causa. Sanè ut Aristot. ipse ubi supra, & alibi tæpe: quod in speculabilibus sunt præmissæ, siue principia, idem in practicis moralibusque sunt fines. Igitur sicut conclusionis bonitas & veritas pendunt ex principis ipsis: sic bonitas humanorum actuum vel etiam malitia necessario pendebunt à fine.*

Præterquam quod illud à quo pendet entitas siue essentialis, siue accidentalis alicuius rei, ab eodem prorsus pendet illius bonitas vel malitia moralis: cum vel ista sint propria entitates actuum, vel saltem saltem quid consequens ad entitates illorum. Cum igitur entitas moralis actus pendeat à fine, tam illa quæ essentialis, quam quæ accidentalis est, (ut potè quod actus humanus non potest non semper dicere ordinem ad finem, ut ad suam causam, iuxta quæ habentur Prima secundæ, quæstione 1. art. primo & tertio:) sequitur quod omnis bonitas vel etiam malitia actuum humanorum sit à proprio fine.

Denique: nam ut habetur ex D. Thom. ubi supra, in eo distinguuntur potissimè actus rationales hominis ab actibus qui dicuntur humani, vel etiam morales, quod isti tendunt in finem sub ratione finis, ex propria utique destinatione operantis. Igitur signum est quod finis habet specialem atque singularem influxum in actus, qui morales dicuntur, ut in germanos sibi, & familiares effectus. Et cum moralis influxus non sit nisi sub ratione bonitatis & malitiæ moralis, quoad finem non est nisi bonus vel malus moraliter: sequitur, quod ex fine humani actus accipiant bonitatem vel malitiam moralem.

MACTE D. Tho. 1. 2. quæst. 1. art. 1. duo de humanis actibus ait. Primum est, illas esse actiones humanas, quarum homo est Dominus: seu (quod idem est) quæ ex voluntate deliberata procedunt. Quia ut Conradus eo loci, & plenius Victoria Dominicanus Sapientissimus, in relectione de eo ad quod tenetur veniens ad usum rationis, parte prima, numero sexto, obseruat, hominem esse dominum suarum actionum, non est aliud quam habere

Encomium eloquiorum Dei.

Explicatur aliqua scriptura loca.

Quid significet calcaneus.

16

Audi Senecam.

17

Probatur idem ratione.

Omnis entitas actus pendet à fine.

In quibus maxime distinguatur actus humani ab actibus hominis.

18

*Quid sit ho-
minem esse
Dominum
suarū actio-
num.*

liberi arbitrij facultatem ad consultandum, & deliberandum quid agendum sit, & libertatem voluntatis ad amplexandum, vel respuendum illud.

Et patet hoc ex eo quod hominem habere dominium suarum actionum non est precise possidere illas tanquam suas, nam hoc pacto etiam actiones mere naturales (vel illæ quæ pertinent ad partem vegetatiuam) sunt suæ; cum tamen non sit homo illarum Dominus; aliàs posset quicumque adiacere ad staturam suam cubitum vnum, & multa. Neque etiam est habere ius, ratione cuius possit illas exercere: quoniam aliàs non diceretur homo dominus actionis peccaminosæ: quia non est ius ad actus iure prohibitos. Neque tãdem est agere sponte, & sine coactione: quoniam amentes & pueri ita agunt; cum tamen non sint principia humanarum actionum, neque Domini suorum actuum. Quare reliquum est, vt esse hominem suarum actionum Dominum, consistat in hoc quod habeat electione sua prædictam facultatem ad exercendum, vel etiam ad omittendum operationes propositas. Et proinde illas tantum esse actiones humanas quas homo libere exercet, absque determinatione naturæ.

*Quæ nam
actio huma-
na.*

*Quare actio-
nes huma-
næ debeant
esse propter
finem.*

Secundum assertum D. Thomæ est. Omnes & solas actiones humanas esse propter finem. Et huius ratio est quod cum omnes illæ, & solæ illæ sint quæ non habent à natura determinatum principium exercitij sui, vt patet ex præcedenti dictu, prærequirunt aliquod spontaneum & ex electione principium à quo determinentur potentia ad exercitium illarū. Constat autem huiusmodi principium esse finem ipsum: Propter quod totiens Aristoteles dixit, idem esse finem in operabilibus, quod in speculabilibus erant principia. Cum igitur

*Quomodo
finis influat
in actiones
humanas.*

omnis actio necessario sortiatur principij sui conditiones, & normam: sequitur actiones humanas accipere bonitatem, malitiãve moralem à fine, tanquam à principio proprio.

Ipsi etiam Iurisperiti ad stipulantur expresse conclusioni præfatæ. Etenim in lege Qui iniuriæ, & in lege verum de furto, cap. Cum de voluntate & sententia excommunicationis; dicitur, quod voluntas & propositum limitant vel distinguunt actiones ex parte agentis. Et lege Non omnis numeratio, de rebus creditis; dicitur, quod non operatur actus ultra intentionem. Vnde cum nomine intentionis intelligatur volitio quæ est de fine: sequitur quod etiam iure civili omne momentum actionis ex fine debeat expendi. Et idem intelligitur inibi nomine volutatis atque propositi, vt patet ex contextu.

VT AVTEM est concors omnium in Magistri conclusione sententia: ita diuersissima sunt Theologorum placita in expositione illius. Aliqui enim constituunt quod finis præbet malitiã siue bonitatem actibus, per modum obiecti tantum: alij, per modum circumstantiæ tantum: alij quod vtroque modo respectu diuersorum actuum: à quorum notitia pendet, non solum conclusionis probatio, verum & perfecta cognitio. Potissimum enim huius quæstionis consistit in explicando modo quo finis humanis actibus confert bonitatem moralem, vel etiam malitiã. Quia tamen hoc ordine singulari deposcitur, argumentis supra productis pro negatiua parte: ideo in solutione illorum nobis inmorandum est, vt in præstantissimo munere præsentis disputationis. Ibi enim oculcius & latentius nostræ quæstionis est propalandum: & properandum proinde ad enodationem illorum.

*Probatur
cõclusio ex
sententia iu-
ris pruden-
tum.*

19
*Qualiter fi-
nes præbeant
malitiã, vel
bonitatem
actibus.*



TERTIA PARS QVAESTIONIS.

In qua abstrusa illius illustrantur.

CAPVT PRIMVM.



AD PRIMVM igitur argumentum vt respondeamus, praemittendū est, quod recentiores aliqui discipuli Diui Thomae constituunt, finem tantum esse circumstantiam quandam

respectu omnium humanorum actuum, interiorum utique atque exteriorum.

PRIMO. Quia actio vel actus interior & etiam exterior sunt vnus & idem actus in genere moris, vnumque & idem peccatum non solum specie, sed etiam numero, vt omnes fatentur Theologi; & patet ex eo quod alias tanquam duo peccata confitendi essent actus voluntatis interior quo aliquis vult rapinam, & actus exterior quo illam opere complet. Sed finis est circumstantia respectu actus externi, utpote qui accidit illi omnino per accidens, vt iurto, v.g. accidit fieri gratia fornicij. Ergo etiam est circumstantia actus interni.

Secundo. Quia certum est quod sicut accidit furto esse propter fornicium, v.g. sic accidit volitioni furandi esse propter illud fornicium: potuit enim esse propter aliud, non secus atque ipsum furtum. Cum igitur propter hoc quod furto accidit esse propter fornicium tanquam propter finem, sequitur fornicium esse circumstantiam furti: consequens fit quod etiam sit circumstantia interioris actus qui est volitio furandi, cum etiam accidat illi esse propter fornicium tanquam propter finem.

Tertio. Quoniam D. Thom. 1.2. quaest. 7. annumerauit finem inter circumstantias proprias humanorum actuum. Quod tamen non ita fecisset si finis non semper haberet circumstantia rationem respectu cuiuslibet actus vel actionis humanae. Maxime quia connumeravit illum inter circumstantias quae semper retinent circumstantia rationem in quibuscumque actibus, vt circumstantia temporis atque similes: de quibus inibi articulo 3. & 4.

ALII autem etiam ex Thomistis Theologis existimant, finem esse omnium humanorum actuum, etiam exteriorum obiectum: & impertiri omnibus bonitatem & malitiam moralem per modum obiecti.

PRIMO. Quia vt arguit sententia praecedens, omnis exterior actus est idem moraliter cum actu interiori. Sed finis est proprie obiectum

actus interioris, quoniam interior actus non habet, vt actus exterior, praefixum sibi terminum, materiamve circa quam, sed eam pro libito assumit, dum affectus amore alicuius propositi obiecti tendit in illud, vt in suum finem, siquidem gratia eius tendit in eum. Ergo etiam est proprie obiectum actus exterioris.

Secundo. Quia de ratione actus humani est quod specificetur a fine, vt habet D. Thom. 1.2. q. 1. ar. 1. & 3. Sed actus exterior humanus vere est actus humanus, alias non esset peccatum verum. Ergo necessum est quod specificetur a fine: & proinde quod habeat finem pro obiecto: siquidem nullus actus potest aliunde sortiri quam ab obiecto speciem.

Tertio. Quoniam vt actus exterior possit esse actus moralis, necessum est vt sit actus voluntatis moralis: hoc est voluntatis agentis ex directione propria, & non ex impulsu alterius. Sed obiectum adaequatum & vnicum voluntatis moralis est finis, vt habet D. Thom. expresse vbi supra art. 1. Ergo qua ratione actus exterior est moralis humanusque actus, non potest non habere pro obiecto voluntatis morale obiectum, videlicet finem.

CAPVT SECVNDVM.



IPS E tamen Doctor Angelicus, in cuius verba iuratur iureque iurabunt Thomistae, expresse 1.2. q. 13. ar. 6. docet, finem esse obiectum per se actuum interiorum; materia autem, circa quam actus externi versantur, esse obiectum actuum exteriorum: quia id circa quod aliquis actus habet fieri & terminari immediate & proxime, habet rationem obiecti talis actus, si modo talis actus habet obiectum.

Quare cum actus interiores immediate sint circa finem, exteriores vero circa materiam illam quae dicitur circa quam: sequitur quod actus interni habeant finem pro obiecto, externi vero materiam. Quod etiam amplius corroborari potest per ea quae obiecta sunt in argumento primo & eius confirmationibus. Ex quibus sequitur finem dumtaxat esse circumstantiam respectu actuum exteriorum vt sic: utpote quod accidit illis vt ipse D. Thom. concedit vbi supra solutione ad secundum.

Vnde Caietanus, Thomistarum facile princeps, constituit eo loci finem esse obiectum actuum interiorum, & praebere illis malitiam aut bonitatem per modum obiecti: esse autem circumstantiam respectu actuum exteriorum & veluti

Vtrum finis sit circumstantia omnium humanorum actuum.

20

Arguitur finem esse circumstantiam actuum humanorum.

21

Arguitur finem esse obiectum omnium humanorum actuum.

23

Sententia D. Tho. de hoc.

circumstantiam afficere eos, dareque illis malitiam & bonitatem.

24

Probat
sententia D.
Thom.

Quæ D. Tho. sententia per omnia mihi venit amplexanda: notando prius pro declaratione eius: aliud esse finem operis, aliud vero finem operantis. Finis enim operis est terminus, vel illud obiectum quod actus per seipsum postulat: siue actus sit elicited à voluntate ut volitio & nolitio, amor & odiū, siue exercitus à potentia exteriori, ut molitio & demolitio, furtum & restitutio: omnes siquidem relativi actus vindicant sibi terminos, materias, obiectaque determinata, cum amor necessario sit circa bonum, & talis amor circa tale bonum, & homicidium contra vitam, furtum autē contra rem familiarem.

Diuisio finis.

Finis autem operantis est ille quem quisque suismet actibus tam interioribus quam exterioribus præscribit pro libito suo: ut quando aliquis appetit & oppetit mortem v.g. propter vindicanda crimina sua, vel propter declinandas ærūnas quas viuendo patitur. Isti enim actus non terminantur ad mortē precise sub ratione mortis, sed quatenus utilis est ad fines præfinitos: & ideo tam appetitio quam oppetitio mortis propter vindicanda crimina, specie distinguuntur ab appetitione & oppetitione eiusdem omnino mortis appetitæ & oppetitæ propter declinandas ærūnas: quia ratio formalis quæ est in vno obiecto non est in alio.

25

Qui nam
actus exter-
ni.

Item notandum est quod nomine actus externi intelligit eo loci D. Tho. omnem illum actum qui tantum in suo primario obiecto attingit finem operis, siue actus ille sit elicited à voluntate siue ab alia potentia, quoniam de omnibus istis militat eadem ratio: sicut enim actus intellectus, terminatus adæquatè ad obiectum illud quod ipse postulat suapte natura, abstrahit ab omni alio obiecto, nisi aliàs per ordinationem extrinsecam dirigatur ad illud: ita & actus elicited à voluntate adæquatè & completè per ordinem ad illud obiectum, quod talis actus suapte natura petit: v.g. actus charitatis, qui tantum petit bonum Dei ut sic: & ideo abstrahit ab omni alio fine, nisi per extrinsecam agentis ordinationem dirigatur in eum, ut sæpe dirigitur etiam ad consequendam salutem corporalem. Dicuntur autem hi actus externi, quia sunt ad modum actus exteriorum virium, quorum actuum obiecta sunt determinata à natura.

Qui nam
actus inter-
ni.

Nomine item actus interni intelligit omnem illum actum voluntatis siue elicited ab illa siue ab alia potentia cum habitudine ad finem operantis, tanquam ad rationem actus: quales sunt actus illi qui sunt appetitiones formales vel executiones extrinsecæ alicuius rei, prout talis res conduit ad volitum operantis. Tam enim sacrilegus est actus quo aliquis ingreditur in Ecclesiam gratia occidendi clericum, quam ipsemet actus volendi ire in Ecclesiam ad occidendum eum, & quam ipsamet volitio occidendi illum, quoniam ingressus in Ecclesiam prout est actus voluntatis non ter-

Actus ex-
terni eandē
malitiā &
bonitatē ha-
bent quam
interni.

minatur ad materiam ingressus secundum se sumptam, sed prout est affecta habitudine eius quod agens intendit, utique conducibilitate & proximitate occidendi clericum.

Et idem est de occisione clerici quæ appeteretur non quidem propter occisionem ipsam sed ne clericus ille aliàs gratus & amicus Dei Deo offerret aliquod opus gratum. Tunc enim homicidium prout est actus talis voluntatis ita Dei odium est atque volitio illa qua occisor vellet ne Deo bonum aliquid offerretur.

Dicuntur autem actus isti interni, etiam si eliciantur ab aliis potentis quam à voluntate, quia sequuntur normam actuum interiorum, quos voluntas elicit pro libito suo quorum ratio formalis obiectiua totalis vel partialis est respectus ille, & habitudine ad obiectum extrinsecum, cuius gratia exercentur & in exercitio fiunt. Vel dicuntur interni, quia considerantur prout à voluntate dimanant, & non secundum se.

CAPVT TERTIVM.



Nota resolutorie dicendum est: Illos actus vocari externos, qui adæquatè sunt propter proprium obiectum, ut propter finem operis: illos autē esse internos, qui sunt propter finem operantis, hoc est propter respectum ad aliquid extrinsecum fini operis. Ratio autem est quod illis tantum accidit finis operantis, istis autem est obiectum per se.

Et forte distinctione hac conciliari possunt prædicta aduersa placita Thomistarū, secū pugnātia, quæ aberrare non possunt à scopo Magistri sui. Et nisi per hanc distinctionem conciliantur inuicē, necessum est utraq; à mente D. Tho. exulare. Quo circa exactissimè soluet argumenta primæ sententiæ qui dixerit, tantum probare, quod omnibus omnino actibus, etiā elicited à voluntate, accidit finis operantis, ut accidit actui amoris Dei ordinari in finem penitentiæ: non secus atque actui elemosinæ. Et satis superq; soluet argumenta secundæ sententiæ qui dixerit tantum probare omnes omnino actus humanos, etiā elicited ab aliis potentis quam à voluntate, habere finem operantis pro obiecto proprio quando à voluntate fiunt gratia alicuius respectus ad talem finem. Ut enim superius diximus, actus, v.g. homicidij exercitus ut quid conducibile contra bonum Dei, ita per se est odiū Dei, atq; actus ipse voluntatis quo formaliter Deus odio habetur. Actus enim externi voliti propter aliquem finem illis extrinsecum, habent illum finem pro ratione obiectiua, quia gratia illius sunt voliti & exerciti: & ideo accipiunt à fine particularem speciem in ratione actus interni.

Sed quidquid de hoc sit: illud ex sententia mea, (quæ D. Tho. sententia est) assertum esse volo, quod omnes actus intrinseci, modo explicato, habent finem operis pro obiecto; & proinde quod accipiunt ab eo bonitatem vel malitiam specificam.

26

Resolutio
dubij.

27

Responde-
tur argumē-
tis.

Sententia
authoris.

Et quod omnes actus extrinseci modo prædicto, habent finem operantis præcise pro circumstantia: & proinde quod accipiant ab illo accidentalem malitiam vel bonitatem.

*Obijciuntur
contra prædicta.*

28

Eluitur obiectio.

Quod si obiicias sequi ex his, nullum actum internum posse fieri propter finem operantis præcise: siquidem de ratione illius est respectus ad aliquid extrinsecum: & item, nullum actum extrinsecum posse respicere finem operantis, etiam ut circumstantiam suam, siquidem ad æquatè terminatur in cõaturali obiecto, siue, quod idem est, in fine operis.

Respondetur concedendo priorem sequelam: quoniam actus, qui vere dicitur interior debet terminari ad obiectum cum aliquo respectu ad extrinsecum, saltem ad media quibus debet executioni mandari: talis enim actus tunc potest dici quod feratur in finem operantis, & per consequens quod habeat finem operantis pro obiecto: quia quando præcise terminatur ad suum proprium obiectum, non potest dici quod terminetur per se ad finem operantis, cum operans tunc non præscribat finem actui, sed potius actus, præscribat finem & obiectum operanti.

Iterum eluitur.

Respondetur item, negando secundam sequelam: quia licet actus exterior suapte natura consideratus ad æquatè terminetur in fine operis, quia tamen habet sufficiens fundamentum ut possit ordinari in aliam rem illi extrinsecam, ideo potest talem rem respicere ut circumstantiam: quamvis dum talis respectus ad rem illi extrinsecam est ratio ut actus ille hic & nunc appetatur, fiat appetitio illius actus omnino intrinsecus, utpotè habens finem operantis pro obiecto proprio. Exemplum est in eo qui vult occidere hominem ad furandum bona illius: prior enim actus secundum naturam suam consideratus, videlicet prout est actus occidendi, non respicit furtum: sed quia est conducibilis ad furtum potest ab extrinseco ordinari in eum ut in circumstantiam omnino accidentem illi: quamvis si consideretur prout est obiectum appetentis hic & nunc, habet quod per se respiciat furtum, quia furtum est ratio propter quam appetens habuit tale actum. Nõ enim sufficeret bonitas homicidii, ut operans appeteret illud nisi accessisset illi respectus conducibilitatis ad finem intentum utique ad furtum. Quare dicendum est quod vni eidemque actui morali competere potest esse actum interiorem & exteriorem, & habere finem operantis pro obiecto & fine: licet hoc nõ illi conueniat secundum vnã, sed secundum diuersas rationes.

CAPVT QVARTVM.

29

Respondetur ad argumenta inducta à nu. 20.



PRIMUM argumentum prioris sententiæ respondetur, negando consequentiam: quia quod actui exteriori cõueniat ratio peccati oppositi omnino eidem præ-

cepto cui opponitur actus interior, nõ prouenit propter conuenientiam in fine operantis, ut conuenit quando est actus interior: & ideo non opus est quod eodem modo conueniat finis actui interiori, quo conuenit exteriori, ut sint vnũ & idem peccatum. Sicuti licet actus oris & cordis sint idem numero peccatum blasphemix, non sequitur quod accidat actui cordis id quod accidit actui oris, siquidem non habent esse vnũ & idem peccatum ex vuitate habendi, vel ex similitudine participandi id quod accidit actui oris prout actus oris est, nõ autem prout est peccatum.

Ad secundum respondetur concedendo volitionem furandi absolute sumptam, ita accidentaliter ordinari ad fornicium ut ipsum actuale furtum secundum se cõsideratum: cõsideratã vero volitionem illam ut elicitam à voluntate, non tam gratia sui, quam ratione fornicij, ad quod ab operante ordinatur, nego non respicere finem operantis ut obiectum: quo etiam modo consideratum actum ipsum exteriorem furandi nego non prospicere finem operantis ut obiectum. Ex quo sequitur quod pari pede currunt volitio actus exercendi & actus ipse exercitus.

Ad tertium respondetur quod etiam cõnumerantur inibi circumstantiæ personæ & loci, quæ aliquando habent rationem obiecti transferentis actus in species alias: ut circumstantia personæ vxorata transfert actum turpitudinis in speciem adulterij, & circumstantia loci sacri transfert actum furti in speciem sacrilegij.

AD primum secundæ sententiæ respondetur, quod sicuti per hoc quod ex materia & forma vnũ coalescat compositum non sequitur materiam eandem tenere essentiam atque quidditatem quam forma: sic in præsentis proposito in quo actus interior ut forma exterior autem ut materia, vel ut materiale se habet: iuxta quæ docet vbi supra Doctõr & præceptor angelicus.

AD secundum & tertium respondetur tantum probare actus exteriores humanos necessario ferri in finem aliquem tanquam in obiectum: ut re ipsa feruntur: quoniam pro obiecto habent finem operis: hoc est materiam circa quam, prout operans tendit in illam ex directione propria.

Per hæc autem conspicatissimè patet ad ea quæ in primo argumento obiecta sunt. Tantum enim probat actus exteriores à fine operis specificari: & illis, consideratis in ratione actuum exteriorum, accidere finem operantis: quamvis si considerentur quatenus nec eliciuntur nec imperantur à voluntate hic & nunc, nisi propter habitudinem ad finem operantis, habeant talem finem pro obiecto: eo quod in tali consideratione fiunt, moraliter loquendo, actus interiores: hoc est, actus, qui non præcise tendunt in suum obiectum intrinsecum, quod dicitur finis operis, sed & in obiectum aliud, illis, secundum se consideratis, extrinsecum: licet fiat illis intrinsecum &

30

Respondetur ad argumenta inducta à numero. 21.

Respondetur ad argumentum principale inductum in primo capite prioris partis.

per se obiectum consideratis prout hic & nūc à voluntate exercentur, siue eliciendo siue imperando illos. Sicut enim non solum est actus voluntatis formalis volitio occidendi, sed etiā ipsa occisio moralis: sic nō solum est actus voluntatis intrinsecus volitio occidendi propter furandum, sed etiā ipsa occisio propter furtum: quoniam in obiecto vtriusque actus elauditur tanquam ratio obiectiva respectus ad extrinsecū, hoc est respectus homicidij ad furtū.

CAPVT QVINTVM.



D SECUNDVM argumentum vt satisfaciāt, mirū est quāta quāti cōminiscantur. Aliqui enim tenentes cum D. Tho. quod eodem actu numerico potest voluntas ferri in finem & in media, & proinde intē

tionem & electionem esse vnum & eundem actum, propter autoritatem rationemq; D. Tho. 1. 2. quāst. 8. art. 3. quia scilicet, finis est ratio appetendi media, & semper eodem actu potentia fertur in obiectum & in rationē obiecti; vt eodem actu visionis feruntur oculi in visibile & in rationem visibilis. Adhuc admittere nolunt actum electionis habere finem operantis pro obiecto. Tum propter obiecta in argumento secundo. Tum quoniam obiectum adæquatam electionis est bonum vtile & appetibile propter aliud: cum tamen finis vt sic non possit habere rationem boni vtilis, neque appetibilis propter aliud sed tantum propter se: ex quo sequi videtur rationē finis repugnare obiecto electionis.

Tum denique quoniam aliās idem numero actus esset in duplici specie essentiali, vna ab obiecto operis sumpta, alia vero ex fine operantis: si verum esset quod finis operantis esset obiectum electionis. Cum enim volitio occidendi, sua natura, habeat speciem homicidij, sequitur quod dum appetitur propter furtum respiciat furtū vt obiectum suū, & habeat speciem & essentiam furti, & proinde duplicem speciem, quæ tamen simplici actui non minus repugnare videtur, quam quod vnus homo duplicem, eādemque substantialem formam atque speciem obtineat, & quam quod vna species sit plures. Ita magister Medina cum Thomistis alijs. 1. 2. q. 8. art. 3.

ALII autem ingenue fatentur actum electionis habere pro obiecto suo finem operantis, quoniam is est ratio obiecti electionis quod non appetitur, sed neque posset appeti nisi gratia finis operantis: & quoniam eodem omnino præcepto quo prohibetur actus intentionis in aliquem finem, prohibetur etiā & actus electionis in eundem finem, & eadem prorsus malitia quidditativa qua actus inten-

tionis inficitur, inquinatur etiā actus electionis, vt patet ex eo quod eodem actu prohibetur, eademque malitia polluitur surreptio ensis ad occidendum, atque occisio ipsa. Ingenue igitur alii hoc fatentur, etiā si constituent cum Gregorio Ariminensi, in 1. dist. 1. quāst. 1. art. 2. & cum Marsilio in primo. quāst. 4. artic. 1. dub. 2. actum electionis entitativē numericęque semper distingui ab actu intentionis.

Tum propter argumenta secundo argumento inducta. Tum quoniam sæpè contingit, & semper potest contingere velle media ad finem sine eo quod recordemur, aut aliquid consideremus de finem, vt patet in eo qui graditur ad D. Iacobū, cuius omnes gressus sunt media ad finem gradientis, cum tamen non semper sit memor & actu contemplans terminum intersectionis suæ.

Tum quoniam aliās idem omnino actus esset volitio & amor, & simul esset nolitio & odium, quia sæpè intentio est volitio & amor, electio est nolitio & odium, vt patet in eo qui studet placere Deo, & placare illum per detestationem & fugam, per odiumque peccatorum.

Tum denique quoniam August. 11. de Trinitate. cap. 6. docet alium esse actum quo volumus videre fenestram, ab eo quo volumus videre è fenestra transeuntes per viam: cum tamen volitio videndi fenestram sit electio, & electionis actus, volitio autem videndi è fenestra discurretes per viam sit intentio. Sic Vazquez. 1. 2. disputatione. 33. & dispu. 51.

ECO autem innixus doctrine D. Thom. sustinebo cum illo. 1. 2. quāst. 8. art. 3. quod licet possit voluntas ferri in quemcumque finem, in quantum huiusmodi, sine hoc quod feratur in ea quæ sunt ad finem, non secus atque intellectus potest ferri in principia, absque eo quod feratur in conclusiones: in ea autem quæ sunt ad finem, in quantum huiusmodi, non potest voluntas ferri nisi feratur in ipsum finem, sicut nec intellectus ferri potest in conclusiones prout sic, nisi etiam feratur in principia, quæ sunt rationes assentiendi. Hæc enim sententia mihi luce clarior videtur: eunt, vt ipse D. Thom. expendit, idem omnino sit actus, quo fertur quæuis potentia, in obiectum, & in rationem obiecti: vt idem omnino est actus metaphysicus verbi gratia vel logicus, quo aliquis fertur in metaphysicam vel logicam propositionem, & in abstractiones metaphysicæ & logicæ, quæ sunt rationes talium obiectorum.

Neque verum est, vt alii dicunt, finem esse rationem extrinsecam obiecto electionis, & ideo electionem vindicare ibi alium actum ab actu intentionis. Contra enim est quod licet finis operantis sit extrinsecus obiecto electionis materialiter sumpto, non tamen formaliter, cum absq; illo, nullū possit esse obiectū sufficiens mouere voluntatē

Argumentum primum

Argumentum secundum

Argumentum tertium

33
Sententia auctoris.

31
Vtrum electio habeat finem operantis pro obiecto.

Arguitur à parte negativa.

32
Arguitur à parte affirmatiua.

ad actum electionis: magis quam sine abstractione metaphysica posset obiectum aliquod terminare actum habitus metaphysici, vel ad illum mouere.

NEQVE obest quod intentio sit causa electionis: quoniam ex hoc tantum sequitur intentionem ut sic non necessario includere electionem, sed posse esse sine illa: ut cognitio principiorum sine conclusionum cognitione: ut D. Tho. ubi supra docet: non autem sequitur electionem esse posse sine volitione finis.

Nec iterum obest quod de iteratione in D. Iacobum obiicitur: quoniam in illo casu potius contingit executio eorum quæ tanquam media volita sunt, quam volitio vel electio mediorum prout sic.

Neque iterum obest quod de volitione & nolitione obiicitur: siquidem ut idem omnino motus localis est quo accedimus ad terminum ad quem: & quo recedimus à termino à quo: quia accessus ille est recessiuus, & recessus est accessiuus: sic & in motibus voluntatis qui dū bono adhærent declinant à malo.

Nec denique obest Aug. illud: quia non distinguit inter actum videndi fenestram, & videndi transeuntes quomodocunque consideratum, sed prout ille causatur ab isto, in quantum actus intentionis, qui non necessario est actus electionis, sed potest esse, etiam multo tempore prior, est causa actus electionis.

CAPVT SEXTVM.



VSTINEBO item cum eodem D. Tho. eadem. 1. 2. quæstio. 18. art. 6. omnem interiore actum, etiam electionis, habere pro obiecto finem operantis. Tum quoniam non solum inibi sed etiam quæstio. 8. art. 3. id dixerat, dum (ut modo vidimus) affirmavit, finem operantis esse rationem obiecti electionis. Et postea, quæstio. 12. art. 4. in corpore & in solutione ad secundum idem iterum atque iterum repetiuit.

Tum quoniam electio est appetitio medij prout sic. Et constat medium prout sic dicere respectum ad finem, respectu cuius præcisè habet rationem medij. Tum etiam quoniam electio est appetitio mediorum. Sed non est appetitio illorum propter seipsam sed propter finem, tanquam propter rationem appetendi. Ergo electio tendit in finem operantis ut in obiectum proprium & in rationem obiecti.

Tum quoniam electio medij eodem præcepto præcipitur vel prohibetur quo intentio finis, eandemque bonitatem malitiamve fortitur: ut patet in eo qui propter finem charitatis vult præbere ac præbet eleemosynam: huiusmodi enim actus sunt actus charitatis: & etiam in eo qui surripit ensẽ ad occidendum: huiusmodi enim surreptio est in specie

homicidij, non minus quam ipsum homicidium: nam si accipere proprium ensẽ ad occidendum est in specie homicidij, quare non erit in eadem specie accipere alienum ensẽ ad illud? Constat autem quod ubi non est unitas obiecti formalis, nec inibi potest esse unitas specifica actuum. Et proinde sequitur actum electionis habere finem operantis pro obiecto.

NEQVE obest ut in secundo argumento obiicitur, electionem tantum esse eorum quæ sunt ad finem: quoniam cum hoc quod est esse ad finem non sit intelligendum materialiter, sed potius formaliter, quasi ordo ad finem sit ratio talis obiecti, non ibi excluditur, sed potius includitur finis: ut includitur abstractio in obiecto cuiuslibet scientiæ, dum dicitur obiectum scientiæ esse hoc vel illud per ordinem ad talem abstractionem. Neque per hoc sequitur quod finis eligatur, quia obiectum electionis quod dicitur electum non potest esse illud cuius gratia eligitur, sed illud tantum quod ad finem eligitur. Sicuti per hoc quod abstractio sit ratio obiecti scibilis, non sequitur abstractionem esse scitam eodem omnino actu quo scibile cuius est abstractio: sed tantum sequitur id quod subest tali abstractioni esse scitum. Certa res est enim quod rusticus scire potest, immo & metaphysicè veritatem aliquam metaphysicam, etiam si nihil attendat ad metaphysicam abstractionem.

Neque iterum obstant quæ in eodem argumento secundo eumulantur: quoniam illa omnia, similiaque argumenta tolluntur inspecto semel discrimine quod mediat ab electione in intentionem. Licet enim tendant in finem ut in obiectum proprium: electio tamen tendit in eum ut in rationem sui obiecti, intentio autem ut in suum obiectum: & electio tendit in medium ut in obiectum quod, intentio autem in finem ut etiam in obiectum quod. Et obiectum electionis est medium dicens ordinem ad finem ut ad rationem appetitionis suæ: obiectum vero intentionis dicit ordinem ad appetitionem sui & ad media per quæ est consequendus tanquam per effectus suos: & finis prout resplendet in medijs est ratio ut appetantur propter aliud, & prout resplendet in seipso est ratio ut appetatur propter se: vnde cum electio respiciat illum primo modo, intentio vero secundo, habent ut condistinguantur formaliter per ordinem ad propria obiecta.

Nec denique obstant quæ initio capitis sexti intorsa sunt: quoniam finis inclusus in medio non extrahit medium à ratione utilis; sed potius fauet rationem utilitatis, dum est ratio quod tanquam utile à voluntate appetatur. Nec est vllum inconueniens quod in genere moris eidem actui insint plures species, ut patet ex D. Tho. 1. 2. q. 18. art. 7. & ex eo quod in vnico actu occidendi clericum insunt species homicidij & sacrilegij. Qualiter autẽ

34
Obijcitur contra authoris sententiam & respondetur. Iterum obiicitur: & respondetur.

35
Ostenditur ex D. Tho. finem operantis esse obiectum omnis interioris actus.

36
Quo modo electio sit tantum circa media.

37
Quo modo intentio, & electio respiciant finem.

In genere moris potest vnus actus habere plures species.

ista species infint electionis actui, videlicet, vel quasi dispartate, vel vt subordinatè per se, siue vt partiales integrantes vnã totalem, videbimus, Deo dante, & vobis Patres Conscripti locum concedentibus, dubio secundo, pro conelatione ista examinanda. Qui punctum hoc expressum à D. Tho. obseruare voluerit, legat illum. 1. 2. q. 12. art. 4. in corpore & ad argumenta.

CAPVT SEPTIMVM.

38

Ad quã virtutem spectet studiũ studiose viuendi.



TERTIVM argumẽtum respondet Magister Medina. 1. 2. q. 18. art. 2. quod studiũ studiose viuendi pertinet ad virtutem illam quã dicitur iustitia legalis; quã, iuxta D. Tho. 2. 2. q. 79. ar. 1. duas inclu-

dit vniuersalissimas partes: videlicet declinare à malo, & facere bonum. Et vt habet idem ibidem. q. 58. art. 1. & 6. Iustitia legalis est virtus, quã versatur circa materias reliquarũ virtutum, habens pro obiecto aliquid commune omnibus virtutibus. Vnde sicuti ens, quod est quid communi ne ad obiecta omnium scientiarum, pertinet singulariter ad singularem scientiã, vtique ad metaphysicã: sic studiose viuere, ambiens omnia obiecta vniuersarum virtutum, pertinet ad singularem virtutem scilicet ad iustitiam legalem; & ideo actus illius est velle studiose viuere.

Prima sententia deboc.

Euertitur sententia prædicta.

Hæc tamen solutio in eo quod attribuit iustitiã legali actum istum, communiter propulsatur ex eo, quod iustitia legalis, licet sit circa materias reliquarum virtutum, est tamen circa illas sub speciali ratione, sub qua potest dubio aliã virtutes non sunt: aliã non haberet iustitia legalis per quid à reliquis distingueretur virtutibus: sed vel esset cumulus acruusque aliarum, vel esset nihil, vt pote nihil germanum sibi, ac speciale vendicans. Si enim respiceret verbi gratia obiectum fortitudinis sub eã ratione omnimoda qua virtus fortitudinis, iam per quid à fortitudine distingui posset non haberet.

39

Ratio iustitiã legalis.

MAXIME quod D. Tho. vbi supra constituit, iustitiam legalem sub ratione sibi propria pertingere reliquarum virtutum obiecta, nempe sub ratione boni communis publici & vniuersalis: vt etiam metaphysica sub speciali ratione pertingit obiecta naturalium scientiarum, nempe sub ratione vniuersalissima entis. Vnde iustitia legalis tantam est inter eos penes quos est publicum bonum, scilicet inter gubernatores reipublicæ, & inter benemeritos de reipublica prout sic, & quantum ad ea omnia & sola illa, quã pertinent ad bonum commune, siue sit materia huius siue illius virtutis. Cum igitur non quicumque affe-

ctat studiose viuere, affectet illud gratia communis boni, neque propter bonum reipublicæ, sequitur studium illud non esse actum iustitiã legalis, & proinde bonitatem moralem non obuenire ei ex obiecto iustitiã legalis.

CAPVT OCTAVVM.



VARE alij aliter respondent dicendo: studium studiose viuendi secundum rem, esse vnũ & vnicum actum: sed in genere moris esse plures formaliter, & pertinere ad omnes species virtutum, habereque bonitatem omnium illarum: eo quod est actualis tendentia ad obiectum commune & vniuersale vniuersis virtutibus.

40

Secunda sententia de re hac.

Sed hæc solutio grauiorem quam præcedens patitur repulsam ab omnibus. Quoniam sequeretur ex illa, penè infinitam esse bonitatem moralem istiusmodi actus: vt potè constantem omnibus bonitatibus, vel saltem vnica æquipollente omnibus. Et perinde sequeretur quod melius, consultiusque omnibus esset repetere & frequentare affectum istum, quam in effectu ponere aliquid virtutis opus quantumuis egregium.

Eluitur hæc sententia.

Præterquam quod vel species istæ & bonitates conueniunt æque primo & immediate huiusmodi actui, vel non; sed seruato inter sese aliquo ordine immediationis & mediatio nis. Non primùm: nam vt D. Tho. ostendit. 1. 2. quæst. 1. arti. 3. ad. 3. vnus & idem actus pertinere non potest æque primo & immediate ad species distinctas in genere moris, nec potest habere plures fines proximos immediate. Sed neque secundum quia cum obiectũ illud (nempe studiose viuere) æque primo & immediate prospiciat obiecta omniũ particularium virtutum, nulla potest reddi causa propter quam volitio studiose viuendi immediatius terminetur ad speciale hoc obiectum, potius quam ad illud.

Quæ nam obiecta habeat actus quo volumus studiose viuere.

Denique nam illo actu, quantumuis repetito, nullus generari potest virtutis habitus inclinans ad obiectũ aliqua particularia in se: vt patet ex eo quod nullus se præoptiorem inuenit ad actus singulariũ virtutum ob solam iterationem & repetitionem affectus studiose agendi, nedum ad obiecta omnium desumpta in particulari. Ergo signum est, actum illum non esse de obiecto ambiente obiecta reliquarum virtutum: quoniam actus in consuetudinem ductus, non potest non generare habitum inclinantem ad suum adæquatum obiectum.



CAPVT NONVM.

41

Tertia sententia ad idem.

Vnde alii respondent: studium studiosè viuendi pertinere ad speciem quandam singularis & propriæ bonitatis moralis: eo quod de se habet obiectum, tum rationi consonum, tum non commune reliquis obiectis honestis, vt hætenus probatum est. Quia licet studiosè agere sit de se commune omnibus omnino virtutibus & obiectis moralibus, potest nihilominus considerari non prout ambiens omne genus virtutum, sed prout importans secum rationem particularem honestatis. Sicut animal, quamuis sit quid commune, potest nihilominus concipi vt particularis natura, particulari diffinitione contenta.

Propter quod sicut qui apprehendit animal vt sic, non sequitur quod attēdat ad particulares naturas virtualiter inibi clausas, sed ad rationem formalem animalitatis: sic qui proponit sibi hoc quod est, rectè agere, non opus esse ambiat omnem omnium honestatis rationem, sed tantum attendit honestatem illam quæ luget in honestè agendo.

Verum neque hæc solutio, quantum ad distinctionem quam facit, videtur rationi consona: quia studiosè agere quantumcumque præscindatur à potentialitate erga alia, est secundum se commune ad particulares modos studiosè operandi: cum includatur in illis tota quidditas & actualitas eius. Ergo cum proprium sit voluntatis ferri in suum obiectum, prout est in se: sequitur quod si studiosè agere est quid commune secundum se: quod etiam sit quid commune prout est obiectum istiusmodi actus voluntatis. Constat autem particularem bonitatem progredi non posse ab obiecto communi & non determinato.

IDEO sapientissimi alij, de quorum numero est Gabriel Vazquez. 1. 2. disp. 50. ca. 2. cōstituant, prædictum voluntatis actum posse sumere speciem boni ex obiecto quod est studiosè agere, quamuis non sit vnum secundum speciem, sed solum secundum genus: sicut intellectus sumit peculiarem speciem ab ente vt sic, quod in nulla est determinata specie, sed neque in genere, nullamque præter analogam vnitatem sortitur.

Cæterum nec hæc solutio à difficultatibus vacat: cum tam vnitas quam quidditas actus debeant ab eodem prorsus obiecto desumi. Ergo sicuti, vt possit obiectum præbere quidditatem actui, oportet præhabere rationem obiectiuam proportionatam: ita, vt præstare possit vnitatem eidem, oportet præhabere vnitatem obiectiuam proportionatam. Constat autem obiectum, quod non est vnum vnitatis specificæ, sed generica tantum, vel etiam analogæ, non habere vnitatem proportionatam vnitati specificæ actus: & proinde nec posse illam

tali actui præstare. Et idem dicerem de ente respectu intellectus; ni aliud ens specificæ posset entitatem habere.

CAPVT DECIMVM.



Vo circa dicendum est, studium studiosè viuendi, esse quidem actum moralem, vt pote liberum, regulabilemque per rationem & legem: & esse moraliter bonum, vt pote neque malum moraliter neque indifferentem, sed rationi ac legi consentaneum & congruum: & esse vnum vnitatis specificæ, vt pote quod & eius obiectum, licet secundum rem sit commune, in ratione tamen obiecti, est vnicum vnitatis specificæ, iuxta quæ de ente prout est intellectus obiectum dici solent; & modus attingendi hoc obiectum est etiam determinatus & vnicus, non secus ac modus quo actus metaphysici tendunt in suum obiectum, quod est ens sub ratione entis.

Vnde sicuti habitus metaphysicæ scientiæ est determinata entitatis, quidditatis, & modi, & omnino distinctus ab entitate, quidditate & modo reliquarum scientiarum, licet obiectum eius sit ens in communi, quia in ratione obiecti est vnum vnitatis specificæ, & modus tendendi in eum est vnicus atque diuersus à reliquis modis reliquarum scientiarum: sic studium studiosè viuendi est determinata entitatis, quidditatis & modi, & omnino distinctus ab entitate, quidditate, & modo actuum singularium virtutum, etiam si eius obiectum sit commune quid ad vniuersas virtutes; quia & est vnum vnitatis obiectiuæ, & modus quo talis actus tendit in eum est omnino diuersus à modo quo tendunt illuc actus singularium virtutum.

Sane vel experimento ipso comprobatum habemus, aliter nos tendere diuersimodeque nos ipsos habere dum studio isto & rationabili voto accingimur ad recta sectandum, quam dum particularibus & singularibus volumus insudare virtutibus. Sicut aliter nos ipsos gerimus in prosecutione entis, prout est metaphysicæ obiectum, quam in prosecutione & speculatione obiectorum singularium cadentium sub ente.

QUOD si dixeris, ens, vt est obiectum metaphysicæ, non esse commune obiectis reliquarum scientiarum; quoniam alias omnes scientiæ essent metaphysicæ, vt pote habentes obiectum metaphysicum: cum tamè honestè viuere, prout est obiectum actus studiosè viuendi, sit quid commune ad obiecta singularium virtutum; cum de omnibus illis quidditatiue prædicetur hoc quod est honestè agere.

Respondetur quod etiam de omni obiecto particularium scientiarum atque de omni re quæ habet esse reale prædicatur illud quod est obiectum

43

*Sententia authoris.**Que vnitas obiecti requiratur ad vnitatem scientiæ.*

42

*Quarta sententia ad idem.**Excluditur quarta sententia.*

44

*Obijcitur contra prædicta.**Occurritur obijctioni.*

metaphysicæ, vtrique ens vt sic: & quod eodē modo prædicatur de obiectis particularium virtutum illud quod est honestè agere: sed sicuti obiectum metaphysicæ vt sic non prædicatur de aliquo entium particularium, quia de ratione talis obiecti est quod abstrahat à particularibus: sic neque obiectum actus studiose viuendi prædicatur de aliquibus virtutum in particulari, quoniam de ratione illius est abstrahere à particularibus.

Licet enim qui temperatè agit verbi gratia, possit dici quod agit studiose; non tamen potest dici quod agit studiositate illa quæ erat obiectum formale actus & volitionis studiose agendi, quia hæc abstrahit à particularibus: sicuti licet de Petro possit dici quod est ens, non tamen potest dici esse illud ens quod est obiectum metaphysicæ.

Et hoc est in causa quod sicut habitus metaphysicæ non participat perfectiones habituum particularium, quamuis sit circa obiectum quod in esse rei est commune habitibus particularibus: sic actus, de quo in præsentia, nullam bonitatem participet virtutum particularium, licet tendat in obiectum, quod secundum rem est commune virtutibus particularibus, & tendat in eum, etiã prout secundum rem, est quid commune illis; vt etiam tendit in suum obiectum habitus metaphysicus, & vt quisque secum experimento capiet, dum quotiens proponit se honestè acturum, per honestatem, intelligit exercitium virtutum illarum, quæ honestum concedent hominis cuiuslibet statum. Vnde quia ratio ista non attingit particulares virtutes prout in particulari, sed prout secundum rationem communem, non secus atque obiectum metaphysicæ tangit particularia entia, ideo non fortitur species singularum virtutum, vel etiam honestates, neque vnã aliquam comprehendentem illas.

Maximè quod vt aliquis actus accipiat bonitatem moralem ab aliquo obiecto, oportet vt per se & directe tendat in illud: iuxta quæ videbimus solutione ad sextum. Constat autem studium studiose viuendi non directe & per se ferri in obiecta virtutum particularium vt sic: & proinde non posse illorum bonitates fortiri: sed tantum illam, quæ sibi germana est, atque condistincta à reliquis.



CAPVT VNDECIMVM



TS I inquiras ad quod genus, vel potius speciem virtutis pertineat iste actus respondetur quod ad nullam.

Tum quoniam potius est præparatio per accidens requisita ad virtutes: quã virtus aliqua. Tu quoniam nec Arist. nec D. Th. nec aliquis scriptorū, authorū ne optimatū talis meminere virtutis. Quia potius D. Th. de veritate. q. 16. art. 1. ad. 7. negat esse aliquē habitum inclinantem ad huiusmodi actū: & dicit principium illius esse synderesim, quæ consistit in iudicio de vniuersalibus in rebus morum, vt voluntas prosequatur. Et in. 3. dist. 27. q. 2. art. 3. ad. 5. docet voluntatem naturaliter esse inclinam in bonum, quod est finis humanæ vitæ: & ita non dari habitum circa vltimum finem. Et. q. 1. de virtutibus art. 5. inquit quod voluntas nullo indiget habitu inclinante ad bonum honestum, nisi vel quando tale bonum est supernaturale, & sic indigere charitate, vel quando est bonum alterius, & sic indigere iustitia. Et idē repetit. 1. 2. q. 56 ar. 5. vt accurate expedit vbi supra Vazquez.

Tum quoniam nullus hominum patitur, vel experitur aliquam, in eliciendis istiusmodi actibus, difficultatem, nisi dum elicit illos circa particularē materiã virtutis: nulli enim arduum est proponere se rectè atque studiose acturum, nisi intueatur aliquam singularem materiam virtutis; neque hebetiorem se sentit in eliciendis huiusmodi propositis, post repetitionem illorum, quam ante repetitionem.

Ex quo sequitur quod actuum huiusmodi frequentatio nullum possit habitum generare, & proinde neque virtutem: quia vbi nulla supponitur in eliciendis actibus difficultas, nulla etiã inuenitur capacitas ad recipiendos habitus de quorum ratione est habilitare principium, & facile, expeditumque reddere ad conformes actus.

SED esto aliquis adeo sit proiectus ad nefas, vt ægrè ferat vel studiū iptum & votū honestè viuendi: quã agitudine postea frequentatio ne actū quibus proponit se rectè acturū propellat: adhuc dicendus nō est quod acquisiuit habitū, sed quod eliminavit caliginē, mentisq; cecutię quæ ægrè ferebat vota honestè viuendi.

Quod si aliquis pertinaciter vrgēs contēdat quod huiusmodi actus in cōsuetudinē ductus nō solū propellat morbū impediētē hæc vota, sed postiuã aliquã ingeneret facilitatē ad bonū: respondebo ei quod talis inclinatio esset imperfecta virtus, & virtus sine nomine, vt pote quæ & inaudita hætenus, & inseruiens tantū præparatiōni ad virtutes: & nō pro præparatiōne simpliciter requisita, sed tantum per accidens, & secundum quid, & ad melius respectu aliquorum: cum tamen ratio virtutis pensanda sit ex natura rerum, & ex difficultate & arduitate materiæ secundum se.

46

Actus quo volumus studiose viuere ad nullam virtutem pertinet.

45

Quomodo actus quo volumus studiose viuere non habeat bonitatem virtutum particularium.

Quid opus sit vt actus accipiat bonitatem ab obiecto.

47

Affectus studiose viuendi si multiplicarentur, quid generarent.

Et per hoc abunde patet ad tertium argumentum.

CAPVT XII.



AD confirmationē, tertii argumenti videtur alia via procedendū iri. Nam licet actus ille vnus cum sit formaliter, vnicum obiectum requirat in ratione obiecti: & malus cū sit moraliter malum etiā morale pro obiecto requirat: si tamen terminatur ad malum quod est commune, & pro vt est cōmune particularibus malis, vtique moraliter malis, non videtur subterfugere posse malitias omnium specierum & generum peccatorum, quæ virtualiter sunt in illo obiecto communi vt in proprio genere causæ.

Si enim ex quo aliquis vult formaliter causam alicuius effectus, sequitur quod virtualiter velit effectum illum: & proinde quod volitio causæ contrahat malitiā effectus: consequens videtur esse vt qui vult aliquod genus, velit consequenter species contentas sub illo genere, quia voluntas dum vult formaliter ipsum genus formaliter & immediatius attingit suas species quā attingit effectum, dum vult formaliter causam, & perinde sequitur actum iniquum illum quo aliquis vult inique vt sic agere, infectum esse omnibus omnino malitiis cōtentis sub genere isto inique agēdi quia terminatur ad illud formaliter & prout est genus ad omne nefas.

Sed respondetur quod sicuti primariū obiectum istius actus est quid commune, & secundum rationem cōmunem, ideo neque directē neque indirectē, potest per se, vel per species quas potestate continet, communicare illi malitias particulares, aut vnā aliquam malitiam communem particularibus æquipollentē, sicuti neque ipsum obiectum, in quod tēdit actus, talem malitiam habet.

Et ad id quod obiicitur de eo qui vult effectū in causa. Respondetur, quod sicuti quando aliquis non vult determinatam causam ex qua necessario, aut infallibiliter; infallibilitate morali, sequatur determinatus effectus, non arguitur quod velit effectum illum, nisi; aliās formaliter tendat in eum; vt patet in ebrio, ex ebrietate cuius possunt sequi, & aliquando secuta sunt violenta vulnera; is enim non ex hoc ipso quod ebrietatem vult, infertur quod velit vulnera, quia moraliter loquendo non est infallibile quod ebrietate sua aliquos vulnerabit.

Et idem est de eo qui tantum vult causam communem & in communi, ex qua certum non est vt effectus sequantur, vt non propterea qui vult radiantem & feruentem so-

lem in hyeme, sequitur vt velit ariditatem terræ, penuriamve fructuum eius, quoniam non est infallibile vt cum temperata hyeme in sterilitatem vergat orbis terrarum. Ita quia ex volitione perperam & iniquē operandi non sequitur probabilitate nec regulariter omnis prauitatis exercitium iniquum; ideo non quicumque vult perperam & irritē agere in communi sumptum, sequitur quod velit omnes prauitates in specie vel in individuo sumptas, quantumuis contineantur in illo priori volito.

Quod si iterum obiicias, illum qui vult peccatum prout in communi, velle quod peccatum fiat, & quod à parte rei ponatur, & per consequens velle malitias particulares, quia sine illis non potest in actu fieri peccatum illud.

RESPONDETUR notando quod dupliciter potest huiusmodi propositum de male operando fieri. Primò, intuitu alicuius singularis materiæ, vel etiam aliquarum, ad quas est propensus ille qui talem actum emittit. Secundò, nullo respectu habito ad particulares materias, sed tantum ad ipsum scopum huius quod est impiē agere. Et in priori casu potiorē malitiā reciperet actus ille à particularibus, in quas agēs est propensus, materijs, quā à cōmuni illo obiecto iniquē operādi, quoniam actus iste potius est propositum non desistendi ab exercitio actuum circa tales materias, quam studium iniquē agendi prout sic. Et tunc illæ dumtaxat materiæ erunt volitæ virtualiter volitione huius obiecti, & proinde illæ tantum erunt necessaria ad ponendum in executione prædictum propositum.

In secundo autem casu negabo propositum illud esse moraliter possibile; quia in hoc quod est iniquē agere nulla omnino ratio boni resplendet quæ possit voluntatem allicere ad talem actum. Et ideo necessaria simpliciter est aliqua species & ratio particularis boni, saltem apparentis, vt possit voluntas amare hoc quod est agere iniqua, in communi sumptum: & tunc illa singularis materia erit per se necessaria ad executionem talis propositi, quia intuitu eius, absque respectu ad alia, propositum illud constitutum est.

QUOD si petas denique an huiusmodi actu sapius repetito possit generari habitus: respondebo affirmatiuē: quoniam rationalis natura non est ad hæc vota propensa, sed potius præpedita per iudicium synderesis: & ideo indiget habitu vehementi vt possit promptē in tantum scelus prorumpere. Species autem huius nefarij habitus sine nomine est: quamuis obseruatis illis quæ supra retulimus, crediderim talem habitum sapere naturam & conditionem illius singularis materiæ quæ allexit animum ad huiusmodi votum. Non enim (vt supra dixi) est bonitas

Obiicitur
contra præ-
dicta.

50
Responde-
tur obiectio-
ni.

51
Affectus
iniquē agen-
di frequen-
tatus gene-
rauit inno-
minatū vi-
tium.

48

Quam spe-
ciem habeat
affectus im-
probe agen-
di.

Affectus
iniquē agen-
di non con-
trahit mali-
tias omniū
vitiōrum.

49

Quando qu-
vult cau-
sam censeat-
tur velle ef-
fectum.

in obiecto quæ possit voluntatem attrahere ad tale propositum, nisi mutetur illam ab ali qua singulari materia. Quæ cum bona non sit, (aliàs non posset inducere ad tam improbum actum) erit moraliter mala & scopus potissimus in quem propèdet omnis qui tale votum emittit.

Vnde, sicut qui frequenter proponit se facturum eleemosynam propter subueniendum alicui hominum in particulari, potius acquirit habitum ad volendum subuenire illi homini, quam ad erogandam eleemosynam vt sic: ita qui allectus amore singularis vitii proponit se impiè acturum prout sic (ne retardari possit ab exercitio illius vitii, per exercitium alicuius virtutis, aut per cessationem ab aliquo facto improbo) potius generat habitum inclinantem ad illud vitium, quam ad peccandum vt sic.

CAPVT XIII.



DE QUARTVM argumentum vt respondeamus obseruandum est cum Diuo Thom. 1. 2. quæst. 7. art. 1. quod nomen, *Circumstantia*, ab his quæ in loco sunt deriuatur ad actus humanos: sic nimirum vt si-

cut in localibus illud dicitur circumstare quod est extrinsecum rei, & tamè attingit illam: ita in humanis actibus illud circumstantia dicitur quod cum sit extra substantiam actus quodammodo tangit eum.

52
Ly circumstantia vnde dictum.

Est etiam ad hoc obseruandum non satis est se quod aliquid quomodocumq; attingat actum humanum vt dicatur circumstantia illius: sed oportere vt attingat eum afficiendo illum moraliter: hoc est immutando illum in ordine ad rectam rationem: ita vt ratione illius sit faciendum aliud iudicium secundum rectam rationem de actu ipso quantum ad bonitatem vel malitiam moralem. Vnde quando ratio personæ vel loci non sic afficiunt actus humanos, non dicuntur circumstantiæ morales: etiã si nullus sit actus moralis quem non comitentur vbiq; dignitas personæ & loci.

Et quia accidentia aliqua nunquam sic afficiunt humanos, quos comitantur, actus, vt furari dextra vel sinistra manu, occidere æreo vel ferreo ense: ideo circumstantiæ non sunt, nec pertinent vt rationes morales, etiam extrinsecæ ad actus humanos: sed omnino per accidens coniunguntur illis. Et de his locutus est D. Thom. loco in argumèto relato. Quia autem finis operantis suapte natura afficit moraliter actus, & immutat illos: vt patet ex supradictis. cap. 2. necessum est vt quotienscunque sit extra essentiam actus humani, vt est respectu actus qui extrinsecus dicitur habeat rationem circumstantiæ.

NEC potest esse verum quod accidens debeat esse vel vt propria passio actus moralis, vt possit esse circumstantia illius: quoniam sicut hoc non requiritur vt accidens possit afficere, & immutare actum, sed tantum vt afficiat per se secundo, veluti passiones afficiunt essentiam: ita non requiritur ad hoc vt sit circumstantia sed vt sit circumstantia per se. Nec enim credendum est aliter accidentia confluere ad morales quam ad naturales actiones: in quibus constat versari accidentia quam plurima distincta à proprijs passionibus: vt patet in intensiõne actus, extensiõne & duratione, quæ veluti passiones non sunt, aliàs in omnibus essent æquales & similes.

Næque obest quod actus affectus accidenti non proprio, sit ens per accidens. Nam etiã est ens per accidens actus affectus accidenti proprio: cum actus & accidens nõ habeant se vt potentia per se & actus per se illius, sed vt actus per accidens per se primo; quoniam aduenit enti constituto in actu per propriam & specificam formam.

Quod si adhuc de istis potest esse scientia, ita & de illis. Non quidem quantum ad conceptionem, sed quantum ad consequentiam. Quia licet non necessario sequatur accidens commune ex proprio subiecto & essentia, vt accidens proprium: ita tamè certum est quod dum accidit circumstantia communis bona vel mala immutabit actum moraliter, atq; si accederet circumstantia propria. Quinimo hoc est proprium circumstantiæ communis: quoniam quæ propria est, & veluti passio actus non variat illum ab vno in alium conceptum secundum rationem, quia cum semper sit eadem, & in eodem gradu, semper afficit illum in diuisibili modo.

Quod si obiicias finem nõquã esse posse circumstantiam actus humani: quoniam si non est volitus, non pertinet ad genus moris, neq; tanquam accidens, neq; tanquam obiectum: si autem est volitus, pertinet ad illum tanquam eius obiectum, vt pote quod quidquid est volitum est volitionis obiectum. Respondetur idem argumentum posse de omni circumstantia fieri: quoniam vt afficiat actum in genere moris oportet quod sit volita. Vnde quia quantum ad hoc non est distinctio inter circumstantias ipsas & obiectum actus, occurrendum est ad aliud principium. Hoc autem nullum aliud est, nisi quod obiectum debet esse volitum per se, quia est requisitum per se ad speciẽ actus: circumstantiæ vero debent esse volitæ per accidens, quoniam requiruntur per accidens ad talem speciẽ. Et ideo quia finis operantis non semper requiritur ad speciẽ actus, vt patet in actibus illis qui dicuntur externi, iuxta dicta capite. 3. ideo vtique non semper est volitus vt obiectum, sed tantum vt conditio.

(.?.?)

53
Accidens commune potest esse circumstantia actus humani.

Quomodo de ente per accidens potest esse scientia.

Quo modo finis possit esse circumstantia actus humani.

CAPVT XIII.

POTISSIMA autem quæ hic poterat difficultas exagitari, est illa quam. 1. 2. q. 73. art. 7. Thomista discutiunt de omnibus circumstantiis. Vtrum scilicet aggrauent peccata quibus adiunguntur, intra propriam speciem: vel extra.

Sed ne omnia in litem deferamus: breuiter hunc nodum discutiam resolutione, quam edidi, dum quæstionem illam in cottidianis lectionibus meis illustrarem discipulis.

Est igitur attendendum, quod circumstantia finis, & quælibet circumstantia, potest considerari dupliciter respectu peccati cui accidit. Potest enim considerari, vt forma, & vt accidens talis peccati: & potest considerari prout tale peccatum est volitio talis circumstantiæ. Et hoc posito, dicerem. Circumstantiam conceptam primo modo non aggraue peccatum cui adiungitur intra propriam speciem, si modo circumstantia est extrinseca, vt est finis operantis respectu actus qui dicitur extrinsecus; conceptam vero secundo modo aggraue intra propriam speciem.

Prima pars patet imprimis, ex eo quod nulla forma potest perficere speciem aliquam, intra speciem suam, nisi talis forma pertineat ad illam speciem: aliàs risibilitas posset perficere equum intra speciem equi. Deinde quoniam per hoc quod plures qualitates extrinsecæ adueniant vni subiecto, non redditur vna qualitas perfectior intra propriam speciem, propter sodalitiū commune: nec per hoc quod plura media concurrant ad eundem finem, aut plura principia ad eandem conclusionem, non sequitur media in ratione mediorum, aut principia perfici in ratione principiorum.

Quod si dixeris vnum medium non esse alterius subiectum, vt actus est subiectum circumstantiæ. Cōtra quoniā neq; actus est subiectū inhæstionis respectu finis, sed tantū denominationis, & informationis moralis per ordinē ad iudiciū rationis: vt etiam vnum medium adiutum per aliud consequitur finem, & vnum principium vt coniunctum alteri infert conclusionem.

Præter quam quod qualitas est forma efficiens quantitatem illique inhærens: cum tamen non perficiat eam in genere quantitatis, quoniam non est forma illius generis. Et si daretur quod plumbi grauitas afficeret terram; redderetur quidem terra grauior, sed non intra speciem grauitatis suæ.

DENIQUE nam sicut forma requiritur ad effectum formalem, ita requiritur forma alicuius speciei ad præstandum effectum formalem, quantum est de se, intra speciem illam.

Secunda vero pars patet ex eo, quod cum voluntas sit causa per se peccati, vt habet D. Thom. 1. 2. quæst. 75. ar. primo, necessum est vt quo amplius creuerit voluntatis affectus, crescat per se eiusdem peccati grauitas. Constat autem quod maior est voluntas peccandi, cæteris paribus, in eo qui maiora adortur pericula, pluresque difficultates subit, & mala deglutit vt peccet. Talis autem est, qui attendens in esse maiores deformitates in aliquibus actibus, non vult desistere ab eis, sed forte fortius & potentius niti: imò necessum est vt potentius feratur, vt præcognitas possit difficultates euincere. Et idem est etiam de illo qui obseruans in aliquibus actibus extrinsecas bonitatis circumstantias splendere, aggreditur nihilominus actus illos. Occursus enim istius modi indiget cæteris paribus maiori conatu, atque voluntatis influxu, quo actus ille redditur intra propriam speciem perfectior.

Ad confirmationem eiusdem quarti argumenti respondetur, eodem argumento posse probari quod neque obiecta influent bonitatem aut malitiam in actus, quoniam sunt rationes communes ad vniuersos actus. Et idem posse dici de voluntate, quæ vniuersalissima est ad actus morales causa.

Quare dicendum est: quod quia non vnus finis, nec vnus concurrenti modus ex parte finis est in vniuersis actibus; sed alius & alius pro diuersis actibus: ideo non solum potest bonitatem & malitiam influere, verum & distinctas malitias, vel etiam bonitates morales. Sicuti licet malum proximi sit commune ad omnia peccata quæ in proximum fiunt; quia tamen huiusmodi malum aliud & aliud est in diuersis materijs; ideo peccata in proximum alia & alia sunt: vt patet in peccato furti, homicidii, &c. Et idem est dicendum de bono proximi, quod est commune ad omnia virtutum studia, quæ ordinantur in proximum: vt actus elemosinæ, iustitiæ, &c.

CAPVT XV.



AD QUINTVM argumētum aliqui non infimæ plebis videntur sequelam concedere. Aegidius enim Romanus. in 2. distin. 37. quæst. 2. art. 3. in corp. & in solutione ad primū, Caieta. tomo. 1. opusculorū tract. 32. qui inscribitur de septendecim responsionibus resp. 14. cum alijs Thomistarum iuniorum. 1. 2. quæst. 54. art. 4. constituunt virtutem aliquam posse concurrere ad actum moralem habentem adiunctum sibi malum finem. Ex quo sequitur posse vnum & eundem actum moralem simul esse bonum

Quomodo circumstantia possit aggraue peccatū intra propriam speciem peccati.

57

Quomodo finis communis possit præbere actibus singularem rationem.

58

An vnus & idē actus possit simul esse bonus & malus moraliter.

Nota difficultatem.

55
Resolutio difficultatis.

Quomodo circumstantia non aggraue peccatū intra propriam speciem.

56

& malum: cum prout est à virtute non possit non terminari ad obiectum rationi consonum prout sic, & prout habet malum finem non possit non esse dissonum & rationi repugnans, & proinde simul esse posse bonum & malum moraliter. Expressius tamen præ omnibus se quelam arguenti concedit, & eam pro conclusione constituit quidam Vuillelmus de Belomonte citatus ab Almains tract. primo moral. cap. 12. Præsidia autem quibus hæc nititur moles non contemnenda sunt.

59

Arguitur primo posse eundem actum esse simul bonum & malum moraliter.

IMPRIMIS enim, cum quis vult dare eleemosynam propter finem charitatis aut poenitentia, actus illius non solum pertinet ad speciem charitatis vel etiam poenitentia, sed etiã ad speciem liberalitatis; quia obiectum charitatis est illi pro fine operantis, & obiectum liberalitatis est illi pro fine operis. Sed etiam qui vult dare eleemosynam propter gloriam inanem verbi gratia, habet actum cuius finis operantis est malus moraliter, & cuius obiectum siue finis operis est bonum moraliter, utpotè liberalitatis obiectum. Ergo habet actum qui simul est bonus & malus malitia & bonitate morali.

Confirmatur primū argumentū.

Confirmatur ex eo quod virtus Theologica fidei concurrere potest ad actum moraliter malum: cum confessio fidei facta ob inanem gloriam procedat à supernaturali atque infusa fide, ut concedi solet. 2. 2. quæst. 4. art. 1. & 2. Virtutes etiam morales videntur hoc modo concurrere posse ad consimiles actus, ut patet in eo qui propter inanem gloriam soluit quæ debet ex iustitia soluere; & in eo qui vult temperatè comedere propter eundem finem. Cum enim huiusmodi actus fiant secundum præscriptum iustitiæ & temperantiæ, & in ordine ad illarum obiecta, necessum est ut sint actus ipsarum: & proinde boni bonitate obiectiua, & simul mali malitia finis.

60

Arguitur secundo ad idem.

DEINDE quoniam aliàs voluntas suscipiendi baptismum verbi gratia, martyriumve lubeundi propter inanem gloriam, non esset bona moraliter: & ex consequenti nec realis susceptio baptismi, nec martyrii actualis permissio, quantumcumque terminarentur ad materiam vel obiectum baptismi, martyriique: quoniam externi actus non possunt esse formaliter boni bonitate morali, nisi actus interni, cum quibus copulantur externi, & à quibus dependent, boni sint. Et tunc sequeretur, quod si tunc homo ille decederet, consequeretur gloriam sine proprio merito: quia venialis malitia coniuncta susceptioni baptismi non potest impedire effectum gratiamque baptismi, & si potest destruere bonitatem moralem illius, poterit consequenter destruere omne meritum eius.

Idem inconueniens sequitur in casu martyrii, cuius effectus non impeditur ob venialem culpam: imò longe aliud maius inconueniens sequitur. Cum enim constare

non possit vtrum omnes qui pro fide Christi martyrium subiere caruerint omni affectu venialis peccati, similiter nec poterit illi constare qui nam illorum martyrium suum honestè consumauerunt. Quinimo si leue peccatum sufficit impedire baptismi effectus, difficile cognitu erit qui nam peremptorum martyrio adepti sunt vitæ præmium.

TERTIO. Vnus & idem actus exterior potest esse bonus & malus, meritorius & demeritorius: ut patet in passione Christi, quæ prout erat ab infligentibus, erat omnino mala, ut autem à sufferente, erat omnino bona: & etiam in actu eleemosynæ quem dominus honesta intentione exercet per seruum suum affectum prauo proposito. Ergo omnis actus moralis potest sic simul fieri bonus & malus: siquidem nullus est actus qui non habeat proprium obiectum, cui possit accidere finis operantis simul extrinsecus & moraliter malus.

Denique. Adæquata bonitas & malitia cuiuslibet actus non est vna unitate indiuisibilitatis, aggregationis & ordinis: quoniam alia est relatio transcendentalis in qua consistit bonitas vel malitia specifica à relatione transcendentali, in qua consistit bonitas vel accidentalitatis malitia: habent enim distinctos omnino terminos, cum illa obiectum, hæc vero circumstantias respiciat. Igitur sicut obiectum non pendet à circumstantiis, nec relatio transcendentalis, quæ est ad obiectum, pendet ab ea quæ est ad circumstantias: quare illa quæ est ad obiectum non poterit in aliquo actu esse bonitas moralis, & illa quæ est ad circumstantias ipsiusmet actus esse malitia moralis? & proinde vnus & idem actus esse simul bonus atque malus moraliter respectu diuerforum.

Confirmatur ex eo, quod, quoniam longe est alia quidditas in naturalibus cuiuscumque naturæ ab omnibus accidentibus suis conspicimus vnum subiectum simul esse bonum bonitate essentia, & malum, siue imperfectum ratione accidentium. Si igitur in moralibus alia est bonitas quidditatiua & alia accidentalitatis non videtur quare in eundem actum non possint confluere bonitas moralis specifica, & malitia moralis accidentalitatis.

CAPVT XVI.



CONTRARIÆ nihilo seclius sententiæ adherendum est. Primò: quoniam actus humanus in tantum dicitur moraliter bonus, in quantum est rationi consentaneus. Sed ille, qui aliquo modo est rationi repugnans, non potest esse rationi consentaneus. Ergo neque bonus moraliter.

Nec valet dicere actum esse posse rationi consonum secundum aliquid, utique secun-

61

Arguitur tertio ad idem.

Vltimò arguitur ad idem.

Confirmatur vltimū argumentum.

62

Probatu primo eundem actum non posse esse simul bonum & malum moraliter.

dum obiectum, & esse dissonum secundum aliud, utique secundum circumstantias. Contra enim est quod recta ratio naturaliter prohibet fieri quod rectae rationi dissentaneum est. Sed actus qui ex aliquo capite rationi dissonat, est simpliciter & absolute loquendo rationi dissentaneus, atque peccatum. Ergo recta ratio prohibet exercitium illius; atque adeo totus ille actus malus & prohibitus est.

Sane recta ratio agendorum non solum in agendis prospicit aliqua, sed omnia: alias non esset agendorum integra & optima ratio & adaequata regula. Cum ergo actus qui non in omnibus & per omnia bonus moraliter est, non fiat iuxta adaequatum & integrum rationis praescriptum: sequitur quod non fit iuxta rationis regulam: & per consequens quod bonus non fit, sed potius malus moraliter: utpote factus non ut ratio praecipit, sed potius contra ea quae iubet. Non enim ratio praecipit hic & nunc actum qui malus est, etiam ex vno capite: sed prohibet penitus, & interdicat illum.

DEINDE si sententia opposita posset esse vera, maxime in casu illius; utique in casu quo quis vult dare eleemosynam propter inanem gloriam. Sed in isto casu actus non potest accipere bonitatem ab obiecto eleemosynae, siquidem non tendit in illud praecise & secundum se, sed prout conducibile ad finem inanis gloriae, secundum quam rationem non potest continere aliquam vere honestatem: ergo in nullo casu potest vnus atque idem actus esse simul bonus & malus moraliter.

Maeste qui actum eleemosynae sumit ad captandam gloriam inanem, convincitur quod abutitur tam actu quam obiecto virtutis, siquidem non eligit illa propter bonitatem propriam, neque ad consecutionem aut finem alicuius boni honesti, sed potius inhonesti & mali. Sed abusus alicuius boni non potest esse bonus moraliter. Ergo nec assumptio aut volitio alicuius actus alias laudabilis, potest esse bona moraliter, sed omnino mala.

Confirmatur hoc, ex eo quod actus ab obiecto malo non potest suscipere bonitatem moralem. Cum igitur medium ordinatum ad malum finem non possit, ut medium est, non esse moraliter malum, eadem prorsus malitia qua finis eius: sequitur quod eius volitio, & actus circa illud exercitus non possit esse bonus moraliter: & proinde quod neque volitio donandi eleemosynam propter inanem gloriam possit esse bona moraliter, utpote terminata ad obiectum quod assumitur & appetitur tanquam medium ad improbum finem.

Sane si aliquis peteret mutuatas pecunias propter malum finem, talis pecuniarum petitio non posset non esse mala; quoniam re fe-

rebatur ut medium ad improbum finem. Sed etiam qui vult dare eleemosynam propter improbum finem appetit actum illum ut medium ad improbum finem. Ergo etiam maculat eadem malitia eum.

DEINDE quoniam alias posset vnus atque idem actus esse simpliciter bonus moraliter & peccatum mortale: quia sicuti potest contingere elargitio eleemosynae propter inanem gloriam, in qua est ventralis malitia: etiam potest contingere largitio eleemosynae ad furandum & ad fornicandum in quibus est mortalitas malitia.

CAPVT XVII.



PRIMUM argumentum. Ex contrariis respondetur negando, quod actus eleemosynae exhibitus propter malum finem terminetur ad obiectum virtutis eleemosynae. Repugnat enim honestum ut sic assumi ut medium ad aliquem finem nequam. Et ideo licet actus ille sit quantum ad speciem exteriorem actus eleemosynae, est tamen quantum ad rem actus inanis gloriae. Et idem est de omnibus actibus omnium virtutum moralium assumptis ad malum finem. Non enim virtutes morales praescribunt normam aut legem huiusmodi actibus: sed ipsum agens pro libito suo illos exercet & ordinat. In qua ordinatione aliquando seruat aliqua, quae solet ipsa virtus seruare: & remotio impedimentorum facta per virtutem iuvat ad promptitudinem talis actus.

Ad confirmationem respondetur fidem non esse virtutem moralem sed intellectualem. Constat autem obiectum virtutum intellectualium non esse bonum honestum prout sic, sed verum: nec ex propria ratione inclinare ad bonum morale, sed ad verum: & ideo actus illarum non necessario esse moraliter bonos, sed veros.

AD secundum conceditur sequela. Sed non admittitur quod casus inibi petitus contingat: sicuti neque; admittitur quod praedestinatus existens in mortali excidat, impediente hoc prouidentia diuina. Et ad illud quod de certitudine Martyrum obicitur respondetur. Quod Ecclesia nititur illustrationi & assistentiae Spiritus sancti ad reponendum in Diuorum numero Martyres quos colit: licet praerequirat atque praesupponat aliqua sensibilia elogia quibus manducatur ad testimonium ferendum de commendatione illorum.

Est tamen hic obiter adnotandum, quod non quilibet affectus inordinatus vitiat opus: sed ille tantum qui est causa operis, & omnis durationis illius. Tunc enim cum effectus non sit potior sua causa, eo ipso quod causa est mala in genere moris, non potest eius effectus in eodem genere esse bonus: cum tamen non

Quid requiritur ad recta agendum ratio

63

Probatum secundo idem

Quam male agat qui malum operi suo fine adhibet.

Medium semper accipit malitiam si is.

Respondetur ad primum argumentum cap. 15.

Respondetur ad confirmationem.

Respondetur secundo argumento eiusdem capituli.

Quis nam de ordinatus affectus vitiat opus.

omnis appetitus improbus, vt est appetitus inanis gloriae, sit semper causa totius effectus: sed saepe saepius sit quid occasionaliter consequens bonū effectū. Eo enim ipso quod exercemur in optimis solet obrepere & emergere subito auræ popularis affectus. Vnde esto aliqui martyrum aliqua huiuscemodi tinea laborarent, (quod non assero) non propterea totū suum opus inficerent: quoniam affectus ille non fuit causa operis, sed potius veluti effectus emergens occasionaliter.

66

Respondetur
ad tertium
argumentū
cap. 15.

Qualiter
actus passio
nis Christi
simul fue-
rit bon⁹ &
malus mo-
raliter.

Responde-
tur ad quar-
tum argu-
mentū eius-
dem capituli

Ad tertium respondetur. Actus morales diiudicandos esse quantum ad bonitatem vel malitiam suam per ordinem ad voluntatem respectu cuius dicuntur morales. Vnde cum passio Christi dicatur moralis per ordinem ad voluntatem infligentium, & ad voluntatem sufferentis, debet reputari moraliter vt alia & alia in genere moris: sicut in eodem genere est alia & alia voluntas illius. Et idem est de actu obiecto eleemosynæ; in quo etiam est alia & alia voluntas Heri & serui: & ita moraliter loquendo alius est actus Heri, & alius serui. Sicut enim quando volitio finis est vna, omnes actus quos lumit putantur vnus actus moraliter: sic quādo volūtas est alia & alia, putatur alius & alius arietate morali vnus ille act⁹ physicus, qui vtrique voluntati adscribitur. Quando autem est vnus & idem agens morale non potest actus illius considerari vt plures in genere moris moralitate contraria vti que bonitatis & malitiae morales.

Ad quartum respondetur tantum probare bonitatem essentialē alicuius actus posse intelligi, & aliquo modo esse sine bonitate circumstantiarum: non tamen cum illarum malitia: quoniam hæc omnino impedit bonitatem illam: vt probatum est. Quare neque in phisicis rebus essentia potest consistere cum accidentibus illis quæ repugnātē essentiae. Hæc enim est causa ob quam lethales infirmitates cum ad complementum perueniunt subiectum soluant; & dispositiones contrariae impediant subiecti generationem.

CAPVT XVIII.

67

Quid dicen-
dū sit quā-
do illicitis
operationi-
bus adhibe-
mus finem
honestum.



ACTENVS egimus de moralibus operationibus quibus obiectum & finis operis sunt bona moraliter, finis vero malus moraliter. Nunc sequitur vt paucis agamus de operationibus illis, in quibus finis operantis est bonus, obiectum vero est moraliter malum: vt sic confirmationi huius argumenti quinti principalis morem geramus.

Ad hoc autem breuiter dicimus, quod etiam in huiusmodi casu humanus actus non potest esse bonus moraliter: quoniam si propter aliquid fortiretur bonitatem moralem maxime quoniam est volitio finis mo-

raliter boni. Sed cum finis aliquis non quomodocunque appetitur, sed vt obtinendus atque comparandus per improba media, vt appetitur finis eleemosynæ ab eo qui appetit dilargiri eleemosynam ex furtiua pecunia, non est formaliter bonus nec rationi propinquus: sed potius maxime deuius atque dissentaneus. Ergo non potest aliquam appetitioni suæ moralem bonitatem præbere.

Sane velle dare eleemosynam consideratum in se & prout est opus virtutis, non potest aliquo modo mouere voluntatem ad actū qui sit iniquus ex se. Sed quando aliquis ex intentione dandi eleemosynam inducitur ad furandum, talis intentio est causa appetendi rapinas. Ergo signum est quod talis intentio nō est moraliter bona, nec virtutis opus: & proinde quod nec eius obiectum est obiectum virtutis, vel etiam moraliter bonum.

Quod si dixeris huiusmodi obiectum morale esse de se & secundum se; quoniam aliās nō posset esse obiectum per se virtutis, & perinde necessario influere in actū, qui terminatur ad eum aliquem influxum moralem, quoniam vt est de ratione obiecti quod influat aliquo modo in proprium actum, ita est de ratione obiecti morales quod moraliter influat: & proinde finem huiusmodi influere bonitatem moralem; siquidem cum malus non sit, neque indifferens, non potest malitiam vel indifferentiam influere.

Respondetur. Quod is finis formaliter sumptus prout hic & nunc, nullius est virtutis obiectum: sed tantum materia pertinens ad speciem illius mediū, ad cuius appetitionē & executionem inclinatur. Quæ species cum sit de se moraliter mala, non potest non reddere influxum moraliter malum. Vnde eodem præcepto quo prohibetur medium, prohibetur etiam finis vt appetendus & comparandus per tale medium. Sicut e contra eodem præcepto quo prohibetur finis prohibetur medium vt appetendum & exquendum propter talem finem.

Quod si dixeris: homicidium factum propter furtum non solum habere malitiam furti sed etiam homicidij: & proinde non solum accipere speciem à fine operantis, sed etiam à fine operis, tanquam ab obiecto morali: & ex consequenti finē operantis malitiam & moralitatem non tollere quin obiectum aliās morale habeat moralem influxum in actum sibi proprium: nec obiecti malitiam aut moralitatem tollere influxum moralem finis in actum sibi proprium: ac tandem posse eleemosynæ finem præstare bonitatem moralem volitioni dandi eleemosynam: etiam si illa volitio terminetur ad obiectum furti, vt ad conducibile mediū.

Respondetur. Quod quando tam finis operis quàm finis operantis habent bonitatem moralem, quilibet illorum potest habere proprium influxum in eundem actum

improbius
significatur
obiectum

Obijcitur cō-
tra dicta.

68

Responde-
tur obiectio-
ni.

69

Iterum obij-
citur cōtra
prædicta.

Iterum re-
spondetur.

electionis : quoniam bonitas vnus non impeditur per bonitatem alterius . Et idem est quando tam medium quam finis habent suapte natura distinctas malitias moraliter . Quando autem alterum illorum est moraliter malum , impedit moralitatem alterius ; quoniam impedit bonitatem moralem . Et ita non concurrit vt obiectum morale moralitate propria , sed moralitate alterius adiacentis , quod est moraliter malum .

CAPVT XIX.



AD SEXTVM argumentum principale facillimum fuisse responde re: ni Gabriel Vazquez disputatione . 5 . capit . 3 . & disputatione . 73 . cap . 7 . 1 . 2 . partis negotium operosissimum nobis facessisset . Ibi enim

author ille constituit tale discrimen inter electionem boni & mali ; vt asserat , electionem boni nullam speciem bonitatis desumere ex proprio medio secundum se considerato : licet electio mali accipiat malitiam ex eo . Vt volitio occidendi propter moechandum accipit ab obiecto homicidii malitiam homicidii , vt ab obiecto proprio .

Priorem vero partem institutionis suae probat elogio illo , quod in argumento sexto inductum ex Arist . est . Quia scilicet vt opus aliquod pertineat ad virtutem aliquam , oportet vt fiat gratia & intuitu eius . Quod tamen non ita fit quando volumus obiectum alicuius virtutis gratia alterius finis .

Et sane hoc videtur esse dissidium inter actus bonos & malos moraliter , quod ad istos sufficit quaecunque voluntaria tendentia : ad illos vero , omnimoda atque per se intentio ; ita vt propter se , & tantum gratia sui sint voliti . Maxime quod ipsorum obiecta sunt bona secundum rationem , & bona simpliciter , hoc est bona honesta . Et constat quod bonum honestum non appetitur prout appeti debet , neque prout est in se , nisi propter se appetatur : quoniam honestum vt sic non habet rationem medii sed tantum finis .

CONFIRMAT autem Gabriel Vazquez suam positionem ex eo ; quod alias per volitiones tendentes in finem vnus virtutis verbi gratia iustitiae , possent in generari habitus pertinentes ad species aliarum virtutum quarum actus frequentantur , & assumuntur vt media ad finem iustitiae . Cuius tamen oppositum Arist . docet in subiecto elogio secundi Ethicorum capite . 4 . relato in sexto argumento .

Denique id potest probari ex eo , quod obie-

ctum virtutis debet esse bonum honestum prout sic , & diuersum omnino a bono utili prout sic , quod est obiectum formale medii prout sic . Igitur volitio alicuius obiecti quatenus medium est ad aliquem finem , non potest esse volitio honesti prout sic : & proinde nec volitio huius vel illius honestatis formaliter sumptae : ac tandem nec potest habere pro obiecto obiectum virtutis vt sic : nec participare ab eo bonitate propriam .

CAPVT XX.



CONTRARIAM sententiam nihilominus vniuersi in sequuntur Theologicum D . Tho . qui . 1 . 2 . quaest . 18 . art . 6 . & alibi saepe docet , quod in electionis actum duae possunt malitiae morales , vel etiam bonitates confluere ; quarum altera sit ab obiecto , & altera a fine operantis .

TVM quoniam vt finis operis est obiectum electionis in actibus moraliter malis : ita & in actibus moraliter bonis . Ergo si in illis obiectum quia obiectum est , praestat malitiam quam praestat electioni : quare in istis obiectum , quia obiectum est , non praestabit bonitatem quam habet electioni illi cuius est obiectum ? Influxus enim obiecti ita in dispensabilis est in istis atque in illis .

Deinde , quoniam alias non magis conducibile esset assumere actus charitatis ad finem poenitentiae , quam actus temperantiae : quinimo & quam actus indifferentes omnino iuxta propriam speciem : siquidem in omnibus illis tantum est vnica bonitas , quae est poenitentiae honestas .

Quod si occurras , vt Gab . Vazquez occurrat , dicendo : melius esse eligere opus melioris virtutis , quia est opus magis idoneum ad intentionem meliorem . Contra obieciam ego , quod vel opus melioris virtutis destinatum in finem alterius virtutis accipit honestatem a propria virtute , vel non . Si primū , habet intentum sententia nostra . Si secundū : habet intentum argumentum hoc : quoniam actui praestantioris virtutis non conuenit praestantia aliqua nisi in ordine ad proprium obiectum : neque aliqua praestantia moralis nisi in ordine ad obiectum morale . Et constat quod haec praestantia penitus impeditur in casu quo obiectum non influit iuxta speciem suam in actum .

DENIQVE nam hac sola ratione quod credimus actus aliquos de se & ex propria specie honestiores esse , assumimus eos vt efficaciora media ad nostram comparandam salutem : vt potē quod actus potiores praestant inferioribus ad consecutionem finis quem nos ultimam intendimus . Et propter id ipsum praecipimur aemulari meliora charismata : & maiora manent praemia eos qui potioribus mediis

Sententia auctoris.

72

Probatur primo pars negatiua ubi .

Probatur secundo .

Occurritur argumento . Et occursum euertitur .

73

Probatur vltimo sententia auctoris .

70

Vtrum actus alicuius virtutis debeat fieri principaliter propter illam .

Arguitur primo pro parte affirmatiua .

71

Confirmatur argumentum .

Arguitur secundo ad idem .

salutem promerentur æternam, æternamque patriam, & foelicitatem procurant. Igitur signum est quod electionis actus terminati ad obiecta virtutum non carent merito, honesta reque illarum virtutum: etiam si obiecta illarum non quidem propter se, sed propter aliud amantur.

CAPVT XXI.



Nec Aris. dictū militat cōtra hoc. Primo: nam eo loci nō tam intēdit ostendere prærequisita ad virtutum actus: quam sigillatim recensere omnia conducibilia & apprimē necessaria ad perfectissimum gradū & statum alicuius virtutis. Et ideo præter recensita subiunxit quod stabili atque immutabili affectu præditus debet agere quisquis in aliquam virtutem adspirat. Constat autem tam firmitudinem necessariam non esse ad exercitium actus alicuius virtutis: nisi tantum ad optimum statum gradumque vltimū eius.

SECUNDO: nam eadem verba, quæ ibi de virtutibus dixit, statim de vitiis tradidit, dicens; quod qui furatur propter moechiam, magis est moechus quam fur. Quasi diceret non est nisi moechus. Est enim familiare Aristoteli uti comparatiuis nomine positiuorum: ut cum primo metaphy. cap. primo inquit: animalia memoria prædita esse magis docilia, quam ea quæ memoria carent. Vbi constat vltimū fuisse comparatiuo vice positui: siquidē animalia memoria carentia docilia non sunt ut ipse eo loci docet. Cum igitur his non obstantibus qui furatur propter moechiam simpliciter dicatur fur, licet nō principaliter: ut dubio sequenti videbimus: ita, nō obstantibus illis, qui soluit quod debet ex iustitia propter finē charitatis, dicetur & erit iustus: licet principaliter non sit nisi Dei amicus: quoniam ob Dei gratiam & amorē insequitur tam hæc quam reliqua sua.

Neque actus boni in hoc discriminantur à malis quod debent esse voliti propter se: sed in hoc quod debent esse voliti per se, quia sunt boni per se: & bonū nō cōsurgit nisi ex integra causa.

Ad confirmationē respōdetur idē inconueniens sequi etiam in humanis actibus moraliter malis: quoniam eodem modo se habet quātum ad generationem habitus electio de malo obiecto propter malum finem, atque de bono obiecto propter bonum finē. Quod si his non obstantibus electio de malo obiecto propter malum finem accipit malitiam obiecti: etiam eisdem non obstantibus electio de bono obiecto propter bonum finem accipiet bonitatem moralem ab obiecto & etiam à fine.

Ad vltimum respondetur. Tantum probare obiecta virtutum ex se non esse media ad finē, nec respicere illū habitudine intrinseca: sed tantum ex directione operantis:

in quantum per ea quæ rationi consona sunt debet comparare finem rationi consentaneū.

CAPVT VLTIMVM.



AD VLTIMVM argumētum principale breuiter respondemus: quod influxus finis moraliter cōsideratus nec est realis neque rationis positiuē, sed tantum permissiuē: in quantum ali quibus actibus potest realem influxum, aliis verò non nisi rationis præstare. Vt enim eò loci dictum est: quoniā nullus actus potest tēdere in malū sub ratione mali: ideo malitia illius non potest esse realis: & proinde finis moralis non potest habere influxum realem in eum; sed tantum rationis. Quia verò actus elicitī possunt ferri in bonum sub ratione boni: ideo illorum bonitas potest esse realis: & finis potest habere realem influxū in illos. Et hæc de primo dubio.

DVBIUM II.

An finis operantis præbeat malitiam simpliciter, vel etiam bonitatem simpliciter, hoc est substantialem & primam humanis actibus.



HÆC EST secunda pars, (& vltima secunda!) præsentis disputationis: quæ ortum processum que ducit à conclusione Magistri.

Pro illius autem intelligentia est notandum quod nomine actus humani, illum dum taxat actum intelligimus qui duplici bonitate, vel etiam malitia gaudet: quarum altera obuenit illi à fine operis, & altera à fine operantis. De his enim procedit quæstio, quæ nam illarum per prius conueniat actui, ut reddat illum simpliciter & substantialiter bonum moraliter vel etiam malum. Vt quando aliquis vult ieiunare ad redimendū peccata, quæritur à quo illa volitio prius afficiatur moraliter: vtro sci licet à fine operantis qui ibi est indemnitatis à peccato, vel ab obiecto temperantiæ quod est finis operis.



Respondetur ad argumenta contraria ex capite. 19.

Explicatur Aristoteles.

74

Comparatiua propositiuis apud Aristotelē.

Respondetur argumēto P. Gabrielis Vazquez.

75
An influxus finis sit aliquid reale, vel rationis.

76

Explicatur questionis titulus.

CAPVT PRIMVM.

*Sententia
Caietani q̄
prima boni-
tas, vel ma-
litiā actus
sit à fine.*



IN HAC autem difficultate ita proposita sic se gerit Caietanus & alij, vt dicant. 1. 2. quæst. 18. art. 4. malitiam substantialem & primam, vel etiam bonitatē moralem obuēire actibus ex fine operantis: nō autem ex fine operis.

PRIMO. Quoniā in moralibus rebus siue bonis vel malis illud primò specificat quod est primo volitum: quoniam ante volitionem nulla intercedit moralitas; & volitio moralis de obiecto bono aut malo non potest nō esse bona aut mala moraliter. Sed finis operantis in casu quæstionis est primum volitum, vt pote quod gratia illius, & ratione eius duntaxat est volitus finis operis. Ergo signum est quod finis operantis præbet malitiam vel bonitatem simpliciter, hoc est priorem malitiam huiusmodi actibus.

Deinde. Primum motiuum voluntatis ad appetendum est ratio formalis specificans obiectiuè actum voluntatis. Sed finis operantis est primum voluntatis motiuum in casu quæstionis, cū ab eo moueatur voluntas ad volendum & appetendum finem operis. Ergo à fine operantis sumitur prima & essentialis specificatio actus voluntatis.

TERTIO. Quoniā specificatio essentialis assensus intellectus sumitur à medio ex quo intellectus determinatur ad assentiendum alicui veritati, & non ab ipsa veritate materialiter sumpta. Ergo similiter prima specificatio essentialis actus voluntatis sumitur à motiuo quo mouetur voluntas ad appetendum aliquod obiectum, nempe à fine operantis, non autem à fine operis: siquidem vt illis nō attingitur veritas materialis nisi prout subest tali abstractioni, & rationi formali: sic nec finis operis bonitas attingitur materialiter, sed potius prout subest fini operantis, vt ratione obiectiuæ, secundum quam appetitur.

QUARTO. Quoniam D. Tho. 1. 2. quæst. 18. art. 6. docet, quod sicut actus exterior accipit speciem ab obiecto circa quod versatur: sic actus interior accipit speciem à fine, sicuti à proprio obiecto. Et in solutione ad secundum inquit, quod quamuis ordinari in finem accidat actui exteriori, non tamen interiori. Constat autem actum electionis esse actum interiorē. Et quæstione 8. artic. 3. & quæst. 12. artic. 4. eiusdem, primæ secundæ docet, quod quādo idem numero actus voluntatis terminatur ad medium & ad finem: tunc finis comparatur ad medium, sicut ratio formalis ad obiectum, & sicut terminus motus ad motum. Cum igitur ratio formalis obiecti sit à qua primo & immediatè accipitur species actus, non autem ab obiecto ip-

so quod subest rationi formali, necessum esse videtur quod in sententia D. Tho. finis operantis det primam moralitatem actibus.

DEINDE quoniam Arist. 4. Ethic. cap. 5. asserit, quod qui furatur propter mœchiam magis mœchus est quam fur. Quod tamen esset falsum si actus à quo descendit denominatio ista non esset in specie mœchiæ vt in substantiali specie, & in specie furti vt in specie secundaria: cum semper denominatio debeat fieri à principaliore forma. Sanè si homo albus magis est homo quam albus: consequens est vt forma hominis sit prior atque potior in eo: cum sicut denominatio nō fit nisi à forma, sic nec potior denominatio fieri potest nisi à potiori forma, & idem in præsentia videtur.

CAPVT SECVNDVM.



CONTRA sentiunt grauius mi tam priscorum quam etiam recentiorum Theologi.

Primo quoniam actus istiusmodi temper sunt actus electionis: cuius primum obiectum est medium: & non finis. Aliàs electio & intentio in nullo distinguerentur.

SECUNDO. Quoniam huiusmodi actibus accidit omnino ordinari in finem operantis: quoniam aliàs species finis non esset illi extrinseca, nec esset finis operantis, sed potius esset dicenda finis operis. Ergo etiam accidit ei species moralis proueniens ex fine operantis: & proinde nō erit hæc prima species illius: siquidem prima species cum sit constitutiuā rei, non potest accidere illi.

Confirmatur. Nam quod ordinatur istiusmodi actus in finem operantis non mutat naturam illorum: siquidem non ordinantur nisi prout pertinent ad determinata obiecta, atque prout habent determinatas naturas: quoniam aliàs non expediret magis assumere vnum actum quam alium. Sed considerata seorsim illorum natura nullum importat respectum ad finem operantis, aut saltem primum respectum. Ergo signum est quod etiam dum ordinantur in talem finem sortiuntur, tanquam speciem priorem, speciem sui obiecti, non autem speciem finis operantis.

TERTIO. Nam si bonitas quæ sumitur ex obiecto operis non est prima & specifica, sequeretur quod non esset essentialis, sed accidentalis tantum: quandoquidem quidquid supponit rem constitutam in suo proprio esse, non confert illi essentialē, sed accidentalem dumtaxat perfectionem. At quis vnquam dixit obiectum per se & proprium alicuius actus præstare accidentalem perfectionem illi actui: & non potius substantialem & primam. Aliàs etiam obiectum connume-

18
79
*Argumen-
tum vlti-
mum ab au-
thoritate
Philosophi.*

*Sententia
aiens primā
bonitatem,
vel malitiā
actuum ele-
ctionis esse
à fine.*

80

88

*Arguitur
pro ista sen-
tentia ratio
nibus.*

77
*Argumen-
tum primū
pro senten-
tia Caieta-
ni.*

*Argumen-
tum secun-
dum.*

*Argumen-
tum tertium.*

78
*Argumen-
tum quart-
um ab au-
thoritate
D. Thom.*

81

Arguitur
pro eadē au-
thoritate
D. Thom.

randum veniret inter circumstantias humano-
rum actuum: quod falsitate redundat.

DENIQUE. Quoniam D. Tho. 1. 2. quæst.
7. art. 3. ad 3. constituit finem adiunctum, qua-
lis est patriæ incolumitas, respectu eius qui
vult pugnare pro ea, esse circumstantiā actus.
Quod tamē falsum esset, si finis operantis, qui
in casu quæstionis, semper est finis adiunctus
priorem speciem actibus impertiretur. Et eo
loci expressè connumeravit finem inter cir-
cumstantias. Quod cum non possit intelligi de
fine operis qui est obiectum actus erit intelli-
gendum de fine operantis. Et constat circum-
stantiam ut sic non posse præbere actibus prio-
rem speciem.

CAPVT TERTIVM.



N HOC ego dissidio hanc, sub
censura vestra Conscripti Pa-
tres, cōcordiam infererem: quod
si sermo est de actibus volunta-
tis prout dimanant ab eo, hoc
est prout iunt actus interni, iuxta superius di-
cta ca. 1. 3. partis æque primo & immediatē ac-
cipiunt speciem, in casu quæstionis à fine ope-
rantis. Si vero considerentur iuxta suas natu-
ras, priorem speciem accipiunt præcisè à fine
operis: secundariam vero & omnino ex-
trinsecam à fine operantis.

Primariam potioremque partem huius con-
stituti nostri probant vtriusque partis argu-
menta præmissa. Et strictius probabimus eo,
quod ut, ostendimus supra. capite. 3. tã ex D.
Tho. quam etiam ex ratione, finis operantis
est ratio obiecti electionis: non quidem tota-
lis, ut de se notum est, sed partialis adinte-
grans cum obiecto quod electionis integrum
& per se obiectum talis electionis. Cum igitur
actus tendens in aliquod obiectum con-
flatum ex duplici partiali ratione, æque pri-
mo accipiat ab eo sãdæquatè sumpto suam sub-
stantialē speciē, sequitur q̄ electionis actus
in casu quæstionis æquè primo & immediatē
accipiat primariam speciem & moralita-
tem suam à fine operis & à fine operantis.

Sanè ut obiectum est vnicum: ita & actus
illius debet esse vnicus. Et sicut obiectum est
vnum in ratione obiecti: ita species actus de-
bet esse vnica in ratione speciei: & proinde
indivisibilis prorsus: ac tandem æquè pri-
mò dimanans, non quidem à fine operantis
ut sic, neque à fine operis ut sic: sed tantum
ab utroque simul prout componentibus vni-
cum intrinsecæ electionis obiectum.

Memuisse iuuabit quæ supra præcedenti
dubio, cap. 8. ad calcem capitis diximus, vide-
licet medium & finem eodem præcepto pror-
sus prohiberi aut præcipi, ad eandemque vir-
tutem, vel etiam vitium spectare, vnam &
eandemque moralitatem subire. Quæ om-
nia, ut constat, indivisibilitatem arguunt

in actu electionis, cuius est ferri in medium
sub ratione medii: hoc est, in obiectum actus
non præcisè & secundum se conceptum,
sed prout illustratum bonitate finis, ut ratio-
ne obiectiua appetitionis suæ.

V NDE si iuxta sententiam D. Tho. supe-
rius explicatam, eodem electionis actu ita ten-
dimus in ea quæ sunt ad finem & in ipsum fi-
nem, ut eodem oculorum intuitu tendimus in
coloratum & lucidum, & sicuti eodem actu
cuiuscumque potentie simul & ex æquo at-
tingamus obiectum & rationem obiecti: nec-
essum est ut sicut actus visionis colorati non
prius attingit colorem quam lucē, nec prius
specificatur ab obiecto quam à ratione obiecti:
ita electionis actus, cōsideratus modo su-
pra dicto, non prius feratur in finem operis
quam in finem operantis: sed quod simul in
vtrumque finem feratur ut in obiectum & in
rationem obiecti: ac tandem quod non sit
prior species electionis à fine operis quam à
fine operantis.

Quod si inquiras, ad quam speciem virtu-
tis, vel etiã finis moralis pertineat actus iste.
Quoniam non videtur posse pertinere ad ali-
quam, cum nulla sit quæ ambiat duas ex æquo
species, ut ambit actus iste, & eius adæqua-
tum obiectum. Respondebo, quod per se lo-
quendo pertinet ad speciem illam virtutis vel
vitii, ad quam spectat finis. Cum enim sit fi-
nis ad quod potissimè appetitur, & cuius gra-
tia appetuntur reliqua conducibilia ad eum:
necessum est quod à fine pensanda sit species
omnium quæ sunt propter finē. Et ideo quan-
do finis operantis pertinet ad virtutem reli-
gionis verbi gratia, omnia media quæ ordina-
tur ad illum sapiunt naturam religionis: & ip-
samet virtus religionis inclinatur ad electionem
mediorum sibi conducibilium: & iuxta præ-
scriptum eius taxantur inducunturque me-
dia ad consecutionem sui finis, & omnis mora-
lis virtus ad quam spectat inclinare in finem,
spectat etiam inclinare in necessaria media &
conducibilia ad finem.

V NDE cum nulla virtus possit attingere
obiectum aliquod nisi sub ratione formali sui
met obiecti, necessum est quod si virtus ali-
qua inclinatur ad obiectum aliquod aliquo mo-
do distinctum à suo proprio obiecto, inclinatur
in eum sub ratione formali sui met obiecti: ita
ut religio verbi gratia, inclinatur ad obiectum
elemosynæ sub ratione obiectiua religionis:
& proinde quod actus ille prout progrediens
à voluntate mota per finem virtutemque reli-
gionis sit, formaliter loquendo, actus religio-
nis; esto secundum se sit actus liberalitatis.

Sicuti obiectum physice verbi gratia, de-
monstratum sub ratione formali metaphysi-
cæ fit formaliter obiectum metaphysicæ: licet
secundum se, & ut est obiectum quod demon-
stratur, sit obiectum physicum. Sēper enim
ratio formalis sub qua aliquid attingitur tra-
hit ad suam speciem rationem formalem quæ

attingitur.

83

Eodē actu
tēdimus in
media &
in finem.

Obijctur cō-
tra prædi-
cta. Et respō-
detur.

84

Ad quā vir-
tutem per-
tinet actus
qui tam ex
fine operan-
tis quam ex
fine operis
bonus mora-
liter est.

Sententia
authoris
biparsita.

88

82

Probatur
prima pars.

Vnico obie-
cto vnicus
respondet
actus.

attingitur. Et ita finis trahit ad speciem suam per se loquendo media quæ sunt propter illum. Et ita actus charitatis exercitus propter finem poenitentia potissimū pertinet ad virtutem poenitentia, si consideretur prout in tali casu à voluntate dimanat.

fertur in media propter rationem formalem sui finis: & ideo talia media prout sic à voluntate appetita pertinent ad speciem talis finis ad quam pertinet ipsa intentio.

CAPVT QVARTVM.



SECUNDA pars assertionis proposita evidentiſſima est: saltem propter argumenta secunda sententia. Et etiam quoniam inspecta natura cuiuscumque actus per ordinem tantum ad proprium suum obiectum, quod dicitur finis operis, extrinsecè omnino habet quod ordinetur ad finem operantis, & quod propter illum sit volita. Constat autem ea quæ extrinsecus accidunt alicui rei non impertiri ei speciem primam: sed potius præsupponere eam.

Ad argumenta vtriusque factionis non est cur seorsim sigillatimque respondeamus. Priora enim tantum probant finem operantis esse potissimam rationem humanorum actuum dum considerantur prout hic & nunc à voluntate dimanant. Secunda vero tantum probant actus humanos secundum se conceptos, hoc est iuxta propriam naturam, accidentaliter ordinari in finem operantis: quando talis finis distinctus est à fine operis.

Stabilis igitur est conclusio Magistri, quæ asserit: omnes humanos actus sortiri bonitatem moralem, vel etiam malitiam simpliciter à fine.

Stabilis igitur est conclusio Magistri, quæ asserit: omnes humanos actus sortiri bonitatem moralem, vel etiam malitiam simpliciter à fine.

85
Quando repugnet medium pertinere ad speciem finis.

Obiicitur & respondetur.

DIXI autem notanter, quod per se loquendo actus electionis pertinet ad speciem finis: quoniam hoc ita euēnit quotiens medium nō repugnat naturæ finis: vti non repugnat quando tam medium quam finis sunt bona moraliter, vel etiam mala moraliter. Secus autem est quando medium est malum moraliter. Tunc enim repugnat quod finis retineat bonitatem moralem: & proinde repugnat quod medium pertineat ad speciem finis: led potius medium impellit finem tunc temporis vt sapiat naturam medij, & pertineat ad speciem illius: iuxta quæ diximus supra cap. 7.

Quod si obiicias ea quæ nos superius ca. 3. ediximus: videlicet, accidere fini ordinem ad extrinsecæ media quibus est comparandus. Ex quo videtur sequi quod nulla virtus inclinet suapte natura ad media: atque adeo quod non referat media ad speciem suam, id est, quod nō communicet illis moralitatem suam. Respondetur illud debere intelligi iuxta naturas rerum, secundum quas nulla virtus habet quod respiciat ab intrinsecò alia quā propriū obiectum & subiectum: Cum tamen doctrina hæc procedat non iuxta naturas rerum, sed iuxta quod considerantur actus vt promanātes moraliter à voluntate. Sic enim voluntas finis comparandi, quæ dicitur intentio, naturaliter

86
Probaturs secunda pars sententia auctoris.

Respondetur simul ad argumenta capituli secundi, & tertij.



LECTIO SECUNDA, HABITA IN EODEM

DIVÆ SACELLO, ATQVE IN
eodem nocte: pro eodem tremen-
do examine.

M

ULTA NOX est. P P.
C C. sed mihi multo
maior est cura soluen-
di pensum institutionis
meæ: vt inceptum pos-
sim absolueri ac perficere
iter. Ex quarto igitur
Sētentiā lib. dist.

14. illud pro altera sorte obuenit mihi illustrā-
dū: Qualiter, scilicet, sit aliqua pœnitentiæ vir-
tus à Sacramēto pœnitentiæ distincta: hoc est
in quo primò cōsistat species pœnitentiæ, quæ
dicitur virtus. Quā rē vt ad rem expendā, bre-
uiterq; & accuratē producam (vtrunq; enim
præsens actus requirit) quatuor per ordinem
dubiūscula exagitaro. Horum autē primū est.

DVBIVM PRIMVM.

*An pœnitentiæ habitus sit pro-
priè virtus?*

CAPVT PRIMVM.



PEROSISSIMVM nobis ne-
gotiū in re ista facessunt tā
Catholicorū, quā Hæreticorū ali-
qui. Ex Hæreticis enim (vt ab
imperfectioribus auspicemur)
Martinus Lutherus (qui nihil nō tentauit, vt
nihil nō euertaret) negauit pœnitentiā, quate-
nus causabat dolorē & tristitiā in anima, virtu-
tē esse: & non potius vitiū, per q̄ redderentur
homines hypocritę tristes. Ita in sermone quo-
dā de pœnitentiā, & art. 6. & 7. dānatis à Leo-
ne X. in Bulla quæ extat tom. 4. Cōcil. ad finē
Concil. Lateran. Luthero subscripsere Kem-
nitius in secūda parte examinis Concil. Trid.
cap. 3. de pœnitentiā, & alij quos refert Belar-
minus lib. 2. de pœnitentiā cap. 2.

FUNDAMENTA autē quibus hæc machi-
na infidet, tā ex ratiocinatione, quā ex ipsis lit-
teris sacris sinistrè intellēctis, ac tandē ex Sā-

ctis Patribus, in sensum deteriore intorsis,
deprompta sunt.

Primū enim elogiū est illud Isa. 45. *Derelin-
quat impius viam suā, & vir iniquus cogitationes
suas, & reuertatur ad Dominum, & miserebitur
eius.* Vbi nullius tristitię, angoris, aut pressurę
fitinētio pro exacta impij cōuersione in Deū.
Ex quo sequi videtur q̄ ad peccatorū expia-
tionem nullius doloris, moerorisve sit opus.

Alterū elogium est illud quod Luca 23. de
foelicissimo illo latrone testatū esse legimus.
Ibi enim ob solā detestationē peccatorū, nul-
lo doloris fremitu aut etiā fletu cōiūctā, crimi-
nū omniū veniā largiter tributā, excipimus.

Extremū elogiū est illud ad Galat. 6. *Neq;
circuncisio aliquid valet neque praputium: sed noua
creatura.* Vbi, per circuncisionē, subintelligen-
dum videtur quidquid à nobis ipsis subtrahi-
mus & per dolorē, cultrūq; tristitię proscin-
dimus: Per nouam autem creaturam, propo-
situm melioris vitæ, repudiata priori tanquam
male acta & exercita.

SECVDVM argumētū desumitur ex Sā-
ctis Patribus, quorū vna est vox, verā poeni-
tentiā esse propositū nō peccandi de cætero.
In qua diffinitione nō tangitur aliquid ærum-
næ aut doloris quibus ob præteritas culpas
pūgatur animus. Et vrget difficultatē Ambro-
sij illud lib. 7. in Lucā cap. 66. vbi loquendo de
Deo & simul de peccatore qui studet cōuerti
ad illū, ita habet. *Reconciliatur, quādo impensē ro-
gatur.* Vbi nulla facta mentione tristitię ob
peccata cōmissa, sed tantū deprecationis instā-
ter & vrgeter profusæ, pollicetur veniam ex
parte Dei Ambrosius.

Sed lōge magis vrget illud eiusdē q̄ habe-
tur de poenitentiā dist. 1. c. nouit. *Nouit Domi-
nus mutare sententiā, si tu noueris emendare deli-
ctum.* Et illud Lactātij Firmiani lib. 9. diuin. in
stit. c. 13. *Agere poenitentiam nihil aliud est, quā
profiteri & affirmare se vltius non peccaturum.*

TERTIVM argumentū exstruitur ex eo
quod, si dolor aliquis esset ad poenitentiā ap-

Arguitur
primo pro
Hæretico-
rum sentē-
tia ex sacris
litteris.

3
Arguitur
2. ad idem
ex Sanctis
Patribus.

4
Arguitur
3. ad idē ra-
tioniatio-
ne.

I
Varia sen-
tentiæ de re
ista.

Sententiā
Lutheri &
sequacium.

2

prime requisitus, maxime ille quæ Theologi vocitant, contritiōe: vt vel ipsi incunctanter concedūt serioque cōstituunt. At contritiōe non sic requisitam esse, vel illud suadere videtur, q̄ contritio sonat quandā veluti in puluere hominis redactiōe: descendit enim à verbo *Contero* significante idē quod *terro* & cōsumo: vt verè consumunt & absumunt hominē rigidiores, grauioreq; tristitia: dicente scriptura Ecclesiastici 30. *Multos occidit tristitia*. Cōstat autē id militare in illud Domini votū & memorabile placitū apud Ezech. 18. *Nolo mortem peccatoris sed vt conuertatur & viuat*.

Arguitur
4. ad idem
ex nominis
Etimologia.

Vltimū argumentū conficitur ex eo quod Græca vox, quā Latinus interpret transulit Latino sermone *pœnitentiā*, habet in codicibus Græcis *Metanœa*: quæ respicientiam sonat: vt est videre in apothecis Latini sermonis: vtiq; in Laurentio Valla, annot. ad ca. 7. posterioris Epistolæ ad Corinth. & in Erasmo annot. No ui testamēti ad cap. 3. Matth. Constat autē respicientiā nihil aliud, quā sapientiā post lapsum sonare: quia *respicere* idē est quod post factum sapere: quod sonat Hispanè *boluer vn hō bre en si*. Ad quod nullius doloris aut tristitiæ p̄sio requiritur. Hæc Hæretici: & pro illis.

CAPVT SECVNDVM.



ONTRARIVM nihilo fecti⁹, tāquā de fide tenendā, sententiam suggerunt nobis Concilia sacra: præsertim Tridētīnū sel. 14. c. 4. & can. 4. & Concil. Florentinū in doctrina de Sacramentis: & cum illis Theologi omnes in præsentī distinctione Magistrī, & apud 3. par. D. Thom. quæst. 85. art. 1.

5
Assertio si
dei contra-
ria.

Probatur
primo ex sa-
cris līte-
ris.

Primo: quoniā sacra littera à ista veritate sunt. Baruch enim ca. 2. ita dicitur. *Anima que tristis est super magnitudine mali, & incedit curua & infirma, & oculi eius deficientes, & anima esuriens dat sibi gloriā & iustitiā*. Et Isaia 20. & 38. *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ*. Ioelis 2. *Cōuertimini ad me in toto corde vestro: in ieiunio, fletu & plāctu: scindite corda vestra, & non vestimēta vestra*. Et Psal. 118. *Exitus aquarū deduxerunt oculi mei quia non custodierunt legē tuā*. Matth. 5. *Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur*. Et denique 2. Corinth. 7. *Tristitia quæ secundum Deum est, pœnitentiā in salutem stabilem operatur*. Ecce dolorem tristitiāque desumptam pro antea actis criminibus impense commendatam, serioque iniūctam omnibus in peccato detentis & infectis, per litteras sacras.

6
Probatur
secundo ex
Sanctis Pa-
tribus.

SECUNDO: quoniam Sancti Patres non solum exemplo suo, verum & sermonibus multis inædificauerunt hanc rem. Cyprianus enim in sermone de lapsis ita habet. *Conuertamur ad Dominum mente tota, & pœnitentiā criminis veris doloribus exprimentes Dei misericordiam deprecemur*. Augustinus præterea in sermone de pœnitentiā & refertur de pœnitentiā distinctione prima, cap. non sufficit.

Non sufficit (inquit) mores in melius commutare & à præteritis malis recedere: nisi etiam de his quæ facta sunt, satisfaciatur Domino (vtique pœnitens) per pœnitentiā dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis sacrificium, cooperantibus elemosynis & ieiuniis. Quid clarius aut euentius potuit magnum illud sydus contra Nebulones illos Hæreticorum profundere?

HIERONYMVS inluper super Psal. 118. ita decantat. *Vera pœnitentiā est, iugiter fletibus commissa diluere, & abluta non iterare*. Quibus per omnia plaudunt Gregorij Magni ea quæ cunctorum ore versantur, & quæ ipse scripsit hom. 34. in Euang. & lib. 9. Registri, Epist. 39. *Pœnitentiā est præterita mala plangere: & plangēdo iterum nō cōmittere*. Similiter & illud Chrysostomi, quod habetur de pœnitentiā distinctione 3. cap. *Perfecti affine his valde est: In corde eius (vtique pœnitentis) contritio, est fructifera pœnitentiā*.

AMBROSIVS præterea ad virginē lapsam ita sermocionatur. *Lugubris tibi accipiēda est vestis, & mens ac membra singula digna castigatione puniēda. Amputentur crimes, qui per vanā gloriā occasionem luxuriæ præstiterunt. Desluant oculi lachrymas, qui masculum simpliciter non aspererunt. Palleat facies quæ quondam viruit impudicæ. Denique totum corpus incuria maceretur, cinere adpersum, & opertum cilicio perhorrescat, quia male sibi de pulchritudine placuit. Cor vero sit liquescens, sicut cera, ieiuniis, inquietans se ipsum, & cogitationibus ventilans, quare sit ab inimico subuersum. Sensus etiam crucietur, quia in membra corporis, cum haberet dominationem, malo cessit imperio. Idem etiā lib. 1. de pœnitentiā cap. 2. sic, *Qui culpā exaggerauit, exaggeret etiā pœnitentiā: maiora enim crimina maioribus abluuntur fletibus*.*

Eusebius Emisenus ad hæc homil. 5. ad manachos sic, *Non putemus tam facile remitti posse iniusta semel crimina, & profundo vulnere in animæ ipsius impressa visceribus. Multo opus est fletu, multo gemitu, multo dolore cordis ad sanandos ipsius cordis dolores. Tota incumbendum est spiritus cōtritiōe, vt vetusta mala tanquā sagittæ quæ dā de conscientia debellantur. Et paucis interiectis. Non leui agendum est contritiōe, vt debita illa redimantur, quibus mors æterna debetur: nec transitoria opus est satisfactione pro malis illis, propter quæ paratus est ignis æternus*.

HOMILIA rursum 10. ad monachos ita declamat, ipse Eusebius. *Hæc itaque principalia mala ingenti rugitu, gemitu, & sunt: indigent lachrymarum, etique post lachrymandum est cum Propheta (Psalms vtique 6. 37. & 101.) Rugiebam à gemitu cordis mei: lauabo per singulas noctes lectum meum, & iterum: ego autem cinerem sicut panem manducabam, & potum meum cum fletu miscebam*.

Sanctus denique Ephrem libro de iudicio extremo cap. 5. hæc de compunctiōe cordis verba fecit, *Compunctio sanitas animæ est, illuminatio mentis est: compunctio remissionem delictorū nobis acquirit: compunctio Iesum vnigenitum facit in nobis habitare*.

Audi Augustinum.

7
Diffinitio
pœnitentiæ.

8
Audi Ambrosium.

Audi Eusebium Emisenum.

9

10

Probatur
tertio ex ra-
tione.

TERTIO: quoniam ut ex sacris litteris constat, tenentur homines grauioribus immeriti criminibus seriam, sanamque poenitentiam inire; iuxta illud actuum 2. *Poenitentiam agite, & cap. 8. Poenitentiam age ab hac nequitia tua.* & iuxta illud Lucae 13. cap. *Nisi poenitentiam egeritis, omnes simul peribitis.* Et constat quod poenitere idem sit atque poenam tenere, & propter inique factum animo dolere & angere, ut quae tam sacri, quam prophani auctores constituunt. Tertul. enim libro de poenitentia testatur reliquit, veram poenitentiam exigere (etiam ob ipsam vim nominis) detestationem & odium vitae praeteritae operaque laboriosa, & angoribus plena. Et D. August. lib. de vera & falsa poenitentia cap. 8. docet, quod poenitere nihil aliud esset quam poenam, doloremve tenere. Et Irido. li. 9. ethimologiarum sic scripsit. *Poenitentia appellata, quasi poenitentia: eo quod ipse homo in se poeniat poenitendo quod male admisit: nam nihil aliud agunt quos veraciter poenitet, nisi ut id quod male fecerunt, impunitum esse non sinant.* Et in eodem sensu loquutus est Cicero dum haec pro Caelio innotuit. *Quod obiectum est de impudicitia, quodque omnium accusatorum non criminibus, sed vocibus maledictisque celebratum est, id nunquam tam acerbo ferret Caelius, ut eum poeniteat non deformem esse natum.* Similiter in eodem loquutus est Plinius, dum Epistola 130. dixit. *Superest ut rursus prouinciam, quod damna esse dicitur, placeat: agatque poenitentiam poenitentia sua.*

11

Probatur
ultimo ex
naturam nu-
tu.

DEI QUAE, quoniam ipsa natura alumnos & clientulos suos naturaliter docet, doloribus & mceroribus perfequi quaecumque; in aliquos admiserunt crimina enormia, siue veritate aut subdole, siue inconstituto & temere, siue per inertiam, ineptiamve illa commiserint: ut tam in se, quam in omnibus aliis, ad meliorem mentem reductis experiuntur omnes. Et sane quae sic deplorantur atque planguntur scelera, vtiliter adeo & comode deplorantur, ut vel ab inuitis pectoribus celerem condonationem extorqueant. Constat autem scelera in Deum commissa non minori esse castigatione, cordisque pressura abolenda, sed potius longe grauiori: utpote quod maius flagitium maiorem poenam efflagitat. Constat etiam diuina patere fletibus, piisque lamentationibus nostris praecunetis visceribus viscera: ut patet vel in Magdalena. Lucae cap. 7.

Reiicitur
Luteranum
dogma.

Qua propter Ambros. lib. 1. de poenitentia cap. 16. sic inelamauit. *Volo veniam reus speret, petat eam lachrymis, petat populi totius fletibus ut ignoscatur.* Ecce pretium & momentum indyctum lachrymarum, gemituumque apud Deum, pro peccatorum venia & impunitate impetranda. Atque adeo ecce delirium Luteranorum: licet non omnium: siquidem ut refert Rober. Belar. to. 2. li. 2. de poenitentia cap. 2. Luterani molles in hoc a Lutero abscedunt, commendantes, ut actionem honestam, atque Euangelio consonam, contritionem proculpis. Abeat ergo in malam (quod aiunt) crucem nefarium Luteri, poenitensque; irrationabile dogma. Et abeat vbi ipse abiit; utique in aeternos,

quia temporales noluit poenam momentaneos subire pro peccatis cruciatos.

CAPVT TERTIVM.



DE QUAE argumeta Luteri vel leue aliquam difficultatem important sane intellecta.

Ad primum enim compactum ex sacris litteris respondetur Isaiae eloqui apprimè demonstrare praerequisita esse duo illa ad instaurationem impij: non vero sufficere, aut satis esse ad eam. Est enim scripturae phrasim non rara, sed obuia, iustificationis effectum attribuire omnibus atque singulis rebus quae ad tale salutem conducunt, licet singulariter sumpta non sufficiant ad eam. Ut Ecclesiastici 1. tribuitur expulsiō peccati timori Domini, dum dicitur. *Timor Domini expellit peccatum.* Et Thobiae 12. eadem expulsiō tribuitur eleemosynae, dum dicitur. *Eleemosyna a morte liberat, & ipsa est quae purgat peccata.* Cum tamen nec timor Domini, nec largitiones profusa disponat adaequatè & complete animum rationale, ad inductionem gratiae, vel ad remotionem peccati: sed tantum inchoatiue, partialiter atque remote. Et ideo duobus illis in primo elogio relatis ascripta fuisse instaurationem impij, non tanquam adaequatis, sed tanquam partialibus dispositionibus.

PRAE TER QVAE, quod cum eo loci re promissa non sit, ob duo illa inibi postulata, nisi tantum miseratio Dei, & misericordia in impium, dicendo, & miserabitur eius: non licet deducere inde quod duo illa sufficiunt ad impetrandum veniam: Siquidem non mediocrem in illum Deus miserationem effunderet, si redderet illum vere poenitentem, & acriter castigantem crimina sua, ut sic se ad veniam proximius, intimiusque; disponderet. Est enim ut asseruit David Psal. 50. *Sacrificium Deo spiritus contribulatus:* adeo ut cor contritum & humiliatum Deus non despiciat. Et ideo dignum Deo beneficium est, & beneficentiae illius fausta largitas spiritum contribulatum & contritum cor praebere.

Respondetur etiam elogium de bono latrone minime contra nos militare: quia poenas quas pro tunc debebat patienter tollerabat, dicendo: *Nos quidem digna factis recipimus.* Et ita non absque dolore voluntarie acceptato ad Deum conuersus est.

Respondetur item elogium Pauli tantum militare pro illis qui vel in circuncisione reali ac manu facta, vel in praepotio (hoc est in custodia legis scriptae, vel naturalis) collocabant spem saluationis suae: ut parebit ad sensum legenti, etiam si oscitanter & per incuriam legat. Ex quo sequitur nihil ad rem istam illud testimonium inducere.

Ad secundum argumentum constat ex auctoritate Sanctorum respondetur. Proloquium sanctorum Patrum non illam propositionem continere ut in argumento iacet: sed prout ea. 2. producit, dum ex illorum mente assertum est, veram poenitentiam esse, praeterita mala plangere, & plangenda iterum non committere. Neque instant

12

Responde-
tur ad pri-
mum argu-
mentum pri-
mi capitis.

Phrasim scri-
pturae.

13

Responde-
tur secundo
testimonio.

Respond. 3.

14

Responde-
tur ad 2. ar-
gumentum
eiusdem ca-
pitis.

quæ ex Ambrosio Lactatioq; retulimus: eo quod emendatio delicti quæ ad veniã requirit Ambrosius, venit intelligenda iuxta conditiones quas ipse præfixit in locis citatis ad medium capitis præcedentis. Et quia professio & affirmatio ulterius non peccandi, quam præoptabat Lactantius est interpretanda iuxta requisita quæ ipse eodem libro capite 26. ad eandem veniam efflagitat, dicendo, quod vere pœnitens tenetur nõ solũ se ad meliora cõuerrere, verũ & ipsi Deo abunde satisfacere. Cõstat autem satisfactionem hæc per opera mœroris fieri, & per laboriosa certamina. Videatur ad idem Lactantij verba ad calcem huius capitis.

AD TERTIVM argumentum ex ratiocinatione petitum respondetur, contitionem non solum non repudiari, verum & in maximis fieri apud litteras sacras: iuxta illud Psalmi 50. *Cor contritum, & humiliatum Deus non despicias.* Et Esaiæ 66. *Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum, & contritum spiritu?* Et iuxta illud Ioannis 2. *Scindite corda vestra & conuertimini ad Dominum Deum vestrum.* Vnde si tristitia aliqua in facris litteris improbat, vere non est illa quæ propter peccata assumitur in detestationem atque in repulsum illorum: sed quæ ob alias causas emergit. Quo iure dixit Paulus secunda Corinth. 7. *Tristitia quæ secundum Deum est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur. Tristitia sæculi mortẽ operatur.*

Ad vltimum argumentũ respondetur quod ly Metanæa verã pœnitentiã significat: vt patet ex Basylio qui in oratione de fame & siccitate vocauit Metanæã durissimã pœnitentiã illã quã Niniuitæ subierũt. Et etiã patet ex Ausonio qui Metanæã vocauit vlticẽ Deam & vindicem omniũ scelerum: iuxta illud eiusdẽ.

Sum Dea, quæ facti, non factique exigo pœnas Nempe vt peniteat, sic Metanæa vocor.

Et esto Metanæa sonaret respiscẽtiam, adhuc nõ excluderet dolorem de iniquè commissis: nam etiam Lactantius lib. 6. institutionũ postquam dixit quod Metanæa Græcè sonabat idẽ quod respiscẽtia Latine: subiunxit illico. *Respiscit autem illæ, quæ peccati piget & seipsum accusat dementia, & castigat ad rectius viuendum.* Hinc Mantuani illud de respiscẽtia, vel de pœnitentia.

Huic gemine comites, spes & metanæa doloris Conscia perpetui.

CAPVT QVARTVM.



HX CATHOLICIS autem atq; selectioribus viris Alexander Alensis, & D. Bonauentura citati à Magistro Soto in 4. distinctione 14. q. 2. art. 1. §. fuerunt fol. 622. ianxerunt pœnitentiã non esse propriè & rigurose virtutem: sed tantum impropriè & lato modo.

Primũ argumentum pro re ista machinatur ex eo quod prior & principalior actus cuiuscunq; virtutis est electio & prosecutio, v.g.

boni; secundarius vero est fuga & detestatio mali: vt patet in virtute iustitiæ, v.g. cuius primus & potissimus actus est voluntas reddendi vnicuique suum, secundarius vero est detestatio iniuriæ propter surreptionem bonorum, siue retentionẽ illatã: & etiam in virtute charitatis, cuius potissimus actus est amor Dei, secundarius vero est toedium de malo illius: & patet etiam ratione, quia odiũ mali nunquam confurgit nisi ex amore boni quod tali malo aduersatur. Cum igitur virtus pœnitentiæ nõ habeat pro primario & potiori, sed pro secundario actu amorẽ boni: & ulterius habeat pro principaliori actu detestationẽ mali, eo quod primus actus illius est odium & recessio à peccato: sequitur pœnitentiã nõ esse propriè, sed lato modo virtutẽ: siquidem quæ propria sunt virtutib; propriè dictis (vtiq; habere pro primo actu prosecutionẽ boni) nõ cõpetunt illi.

SECVDVM argumentũ potest ex eo cõfici quod vt Arist. habet 2. Ethic. c. 2. & 6. omnis vera virtus est habitus electiuus secundum rationẽ rectã. Constat autẽ non esse opus nec munus rationis, aut rectæ electionis velle in factum reddere quod semel factũ est. Et proinde constabit pœnitentiã non esse propriè virtutem cum ad illam spectet velle infectum facere quod semel factũ est. Est enim pœnitentiæ germanum & omnino proprium disporre hominem vt velit nunquam peccasse.

Nec valet dicere, vt inquit D. Tho. 3. p. q. 85. ar. 1. ad 3: quod pœnitere nõ est velle reddere infectũ quod semel factũ est: sed velle remouere, penitusque exterminare id quod ex tali facto subsecutum est, vtq; offensam Dei.

Non inquam valet hoc: cum ad remouendum effectũ ex tali causa sequutũ, necessum sit pœnitere, atque dolere de causa: nõ enim per aliud medium possumus reuellere offensam Deo semel illatam, quam per hoc quod dolemus, de quæ eius cõmissione tristamur. Propter quod ipse D. Tho. docet ibidem, pœnitentiam esse dolorem, displicentiãque facti præteriti. Consequens ergo est vt qui verè pœnitet, velit nõquam peccasse: & proinde quod velit aliquid poenitus impossibile: cum à præteritis (quod dici solet) potentia non sit. Ac tandem quod poenitentia propriè loquendo non sit virtus, sed tantum lato modo.

TERTIVM argumentum potest compingi ex eo quod actus cuiuscunq; virtutis propriè dictæ debet esse perfectus & absolutus, sicut ipsa virtus: quæ cum sit dispositio perfecti ad optimum (vt Arist. habet, & omnes admittunt) non potest non esse perfecta, & numeris consumata. At actum potissimum poenitentia perfectum non esse vel ex eo conuincitur, & liquidè deprehenditur, quod est actus conditionatus, consistens in velleitate qua homines quodammodo affectãt se nõquã peccasse. Quando enim homines poenitentia tanguntur, doloreque peccatorum acriter instimulantur, nunquam prorumpunt, imo

Qui nõ potissimus actus cuiuslibet virtutis:

17

Arguitur secundo ad idem.

Videtur quod pœnitens appetat re impossibilem.

18

Arguitur tertio ad idem.

Videtur imperfectus potissimus actus pœnitentiæ.

Explicatur Lactantiũ.

15
Respondetur ad tertium argumentũ primi capitis.
Comendatur contritio.

Respondetur ad vltimum argumentum.

Quid metanæa.

16

Sententiã negans pœnitentiã esse propriè virtutem.

Arguitur primo pro illa.

nec prorumpere possunt in actum quo simpliciter velint se non peccauisse: sed tantum in eum quo conditionaliter appetant (hoc est, si possibile foret) se non deliquisse. Obiectum enim quod non proponitur nec potest proponi ut simpliciter possibile, non potest per voluntatem appeti appetitione quæ dicitur absoluta, sed tantum conditionata, quæ appellatur velleitas.

Ex quo fit, quod cum proponatur homini ut nullo modo possibile hoc ipsam quod est non peccasse, non possit homo ferri in huiusmodi obiectum appetitione absoluta, sed sola velleitate. Et proinde quod habitus poenitentia non fit in rigore virtus, cum non eliciat actum qui verè & propriè, atque rigurose loquendo sit vera appetitio.

19

*Arguitur
ultimo ad
idem.*

*Omnis vir-
tus per se
expetibilis.*

VLTIMUM argumentum extrui potest ex illo quod omnis virtus quæ propriè virtus est, est per se expetibilis: propterea quod de se est bona & honesta, & est bona qualitas mentis, qua rectè viuatur, & nullus male vitur: ut Aristoteles habet secundo ethicorum. Cum tamen poenitentia virtus per se & ratione sui expetibilis esse non possit, quia sine præuio peccato nulli necessaria est. Ut enim non est opus Medico sanis, sed male habentibus, iuxta decretum Domini Matth. 7. sic non est opus poenitentia iustis, sed improbis atque sceleratis dumtaxat. Ex quo fit quod sicut peccatum non potest propter se expeti, ita nec poenitentia possit per se ipsam amari: cum intrinsecè & natura sua supponat peccatum.

Confirmatur primò, ex eo quod nullus habitus (vere habitus) nullaque virtus (vera virtus) præsupponunt suum contrarium in suis subiectis: eo quod nulli habitui nullique virtuti potest esse suum contrarium ratio, vel etiam conditio existendi in suo subiecto, sed potius impedimentum & obex. Cum ergo poenitentia necessario supponat suum contrarium, utique peccatum & culpam, in suo subiecto, sequitur non esse propriam exactamque virtutem, sed virtutem dumtaxat lato modo.

Confirmatur secundò, ex eo quod aliàs daretur aliqua virtus, vere virtus, quam non possemus habere nisi interuentu peccati: si quidem absque illo veram non possumus assequi poenitentiam. Hac enim de causa Christus neque habuit neque potuit habere virtutem poenitentia, quia neque habuit neque habere potuit aliquod verum crimen. Consequens tamen ex eo falsum videtur quod cum virtutum semina sint nobis insita per naturam, non videtur opus satellitio peccati ut nos possemus aliquam virtutum acquirere: sed sufficere auxilium Dei & rectum rationis usum ad omnem omnino nobis virtutem comparandam.

Nec sufficit dicere poenitentiam esse virtutem infusam, non autem adquisitam. Con-

tra enim est quod etiam conuenit virtutibus infusis non supponere in recipiente sua contraria, & esse per se expetibiles. Maxime quod cum omnes illæ contineantur in gratia tanquam in radice à qua dimanant, necessum est quod sicut gratia non supponit in recipiente peccatum sed est per se expetibilis, sic reliqui infusi habitus virtutesque infusæ.

CAPVT QVINTVM.



PROPOSITAE autem parti celebratissimus omnium chorus Theologorum adhæret cū Magistro Sententiarum hic, & cum D. Tho. tertia parte quaestione 87. art. 1. Quibus ego constanter continuoque subscribo.

Primò. Quia poenitentia indicitur, præclareque commendatur apud litteras sacras: ut patet ex illo Lucæ 13. *Nisi poenitentiam egeritis omnes simul peribitis.* Et ex illo eiusdem cap. 15. *Gaudium est in celo super vno peccatore poenitentiam agente, quam super nonaginta nouem iustis qui non indigent poenitentia.* Et denique ex illo Ezechielis 18. *Si autem impius egerit poenitentiam ab omnibus peccatis suis quæ operatus est, &c. vita viuet & non morietur.* Constat autem præcepta non dari in sacris litteris nisi de actibus virtutum, quæ veræ virtutes sunt: neque plenè impensequè laudari virtutum actus qui veram non redolent virtutis veræ præstantiam.

ET NON solum poenitentiam egregiè laudatam nouimus in litteris sacris, verum & Euangelicæ prædicationis exordium ab illa desumptum: iuxta illud Matth. 3. *In diebus autem illis venit Ioannes Baptista prædicans in deserto Iudææ, & dicens: poenitentiam agite, appropinquauit enim Regnum caelorum.* Et iuxta illud eiusdem capite 4. *Exinde cepit Iesus prædicare, & dicere: poenitentiam agite: appropinquauit enim Regnum caelorum.* Et denique iuxta illud Marci primo. *Fuit Ioannes in deserto baptizans & prædicans baptismum poenitentia in remissionem peccatorum.* & mox: *Venit Iesus in Galileam, prædicans Euangelium Regni Dei, & dicens. Quoniam impletum est tempus, & appropinquauit Regnum Dei: poenitemini & credite Euangelio.* Quis autem asseuerabit Euangelij gratiam prædicationis initium inde sumpsisse, ad erectionem virtutum, vbi vera virtus omnino non radisset?

Secundo. Quoniam Sancti Patres ore pleno vocitant poenitentiam virtutem. Chrysostomus enim hom. 23. in Matth. ita habet. *Non est aliquod omnino peccatum, quod non cedat poenitentia virtuti.* Et D. Grego. lib. 9. Registri, epist. 39. *Magna est contra peccatū virtus poenitentia.* Et D. Tho. 3. p. q. 87. art. 1. cū Magistro hic & cū cōmuni consensu Theologoru in eo

20

*Ostenditur
poenitentia
esse proprie
virtutem.*

*Ostenditur
id ex sacris
litteris.*

21

*Poenitentia
Euangelicæ
prædicationis
exordium.*

*Ostenditur
idem ex san-
ctis Patri-
bus.*

distingui pœnitentiam quæ est habitus ab illa quæ est Sacramentum, quod illam vocent absolutè virtutem. Quod nomē non erogatur nisi his quæ simpliciter sunt atque rigurose illud quod prædicatur de eis. Vt non dicitur simpliciter & absolutè albus ille qui secundū quid, sed tantū qui perfecte est atque ex omni capite albus.

TERTIO. Quia pœnitentia re ipsa & in rigore tenet mediocritatem inter duo extrema turpia: eo quod sicut gaudere de omnibus quibuscumque affluentibus tam bonis quam malis turpe est, & tristari de omnibus tam bonis quam malis repræhensibile inuenitur: sic gaudere de bonis, & de malis (verè malis) tristari commendatione dignum notatur. Cum ergo virtus sit illa quæ in mediocritate consistit inter duo extrema turpia, sequitur pœnitentiam esse virtutem propriam & veram.

Quartò. Quia vindicare legis transgressionem virtus est in habente auctoritatem puniendi: vt patet tam in iudicibus quam etiam in parentibus. Sed omnis peccans habet auctoritatem puniendi in se peccatum commissum: vt patet tam ex illo primæ ad Corinth. 5. *Nonne de his qui intus sunt vos iudicatis? Auferte ergo malum ex vobis.* quàm etiam ex eo quod communiter & proverbialiter dici solet: *Conscientia mille testes.* In quibus verbis innuitur vigere in homine quasi tribunal quoddam & iudicium internum pro sumendis de male actis meritis atque debitas pœnas.

Præterquam quod si vt retulimus ad calcem capitis tertij, pœnitentia est quasi dea, quæ facti non factique exigit pœnas, sequitur veram esse virtutem: cum virtus ad vltiscendum, puniendumque iniurias verissima virtus sit.

VLTIMO. Quia omnis actus ab electione procedens, & cadens supra debitam arduamque materiã, cum debitis circumstantiis, verè & propriè est actus virtutis: & habitus qui est principium illius verè & propriè, & non lato modo, virtus est: vt patet ex definitione, descriptioneque verè virtutis. Sed actus pœnitentiæ verè procedit ab electione & consilio, cum opus consultissimum sit verè de peccatis dolere. Et verè cadit supra materiam debitam atque arduam, siquidem & laudabile atque laboriosum est operari enixè in destructionem peccati, & pœnitere de illo sicuti oportet. Et simul id potest fieri cum debitis circumstantiis temporis, loci, & finis, sicut reliqui actus studiosi, Ergo verè est actus virtutis. Et proinde habitus inclinans ad illum est vera virtus.

QVOD SI obiicias sequi ex his omnes actus pœnitentiæ, etiam exteriores esse propriè & rigurose loquendo actus virtutum, quia etiam fieri possunt cum omni-

bus requisitis vltima hac argumentatione relatis. Cum tamen consequens apertè militet contra Diuum Thomam aientem vbi supra, vtique tertia parte quæstione 85. articulo primo, ad secundum, quod pœnitentia secundum quod est passio habens corporalem immutationem non est virtus: & idem prædixerat eo loci in corpore articuli. Constat autem exteriores actus pœnitentiæ esse actus sensitiui appetitus, quia ex tristitia eius defluunt ab oculis lachrimæ, rugitusque ascendunt in os.

Respondetur. Quod licet exteriores pœnitentiæ actus, & alij qui procedunt à sensitiuo appetitu non sint neque possint esse veræ virtutis opera prout sunt à tali principio: possunt nihilominus participare rationem veræ virtutis prout à ratione descendunt, & à rationabili voluntate rationabiliter imperantur. Quæ doctrina communis & vniuoca est ad omnes actus externos rationi subordinatos.

CAPVT SEXTVM.



PRIMUM argumentum, vt primò respondeamus præmittendum est cum Magistro Soto in quarto, distinctione 14. quæstione secunda, articulo secundo, virtutes esse in duplici differentia: nam aliæ sunt quæ directè & immediatè tendunt in bonum prout sic, vt charitas, iustitia & liberalitas, & reliquæ per se requisitæ ad rectè viuendum: aliæ autem quæ directè & immediatè tendunt in malum sub aliqua ratione boni, cuiusmodi sunt omnes illæ quæ habent pro fine expulsionem mali, quæ non simpliciter, sed ex suppositione requisitæ sunt ad rectè viuendum, vtique ex suppositione quod malum aliquod introductum est. Quæ virtutes sunt ad instar medicamenti quod non simpliciter requisitum est ad rectè valendum, sed tantum ex suppositione quod aegritudo aliqua inuasit nos.

Hoc præuio, dicendum est virtutes primæ classis habere pro actu primo prosecutionem boni: virtutes autem classis secundæ habere pro potissimo actu detestationem mali: de quibus est pœnitentia.

Respondetur deinde eidem argumēto. Primarium actum pœnitentiæ esse electionem boni, quia eligit destruere peccatum, in qua destructione respundet maxima ratio boni. Sicut primarius actus eleemosynæ directè respicit bonum, quia respicit destructionem miseriam, siue languoris proximi.

AD SECUNDVM argumentum respondeatur pœnitentiã non directè neque per se procurare infectum reddere quod semel factum est: sed tantum arguitiue ex consequenti: in

Responde-
tur obiectio-
ni.

24
Responde-
tur ad pri-
mum argu-
mētū quar-
ti capitis.
Virtutes
in duplici
ordine.

Quid nam
actus pri-
marius pœ-
nitentiæ.

25
Responde-
tur ad 2.
argu. 4. ca-
pituli.

21

Ostenditur
idem ex ra-
tione.

22

Quæ nam
requiratur
ad perfectã
virtutem.

23

Obiicitur
contra præ-
dicta.

quan-

quantum omnis qui dolet de efortunato euentu, consequenter vellet quod nunquam contigisset. Sicut etiam qui gaudet de aliquo fausto foelicique nuncio, consequenter vellet id longe ante fuisse, vt longe ante illum lætificasset. Et ideo sicut qui gaudet de bono aliquo nuper obtento non conuincitur quod affectat aliquid impossibile, etiam si consequenter videatur affectare quod illud bonum longe ante euenisset, aut quod fuisset quando non fuit: ita per hoc quod aliquis doleat de peccatis commissis non sequitur quod affectet aliquid impossibile, licet consequenter videatur appetere se nunquam peccasse.

QUO CIRCA cum actus pœnitentiæ germanus sit dolor de peccatis commissis, non sequitur quod sit actus habens pro obiecto aliquid impossibile, sed tantum aliquod malum quod tristitiam ingerit, & quod per tristitiam acceptam expiandum est.

Præterquam q̄ qui semel peccauit, licet teneatur velle, siue directe, siue indirecte, nunquam peccasse: quia tamen non ordinat hoc vt vere faciat infectum quod semel fecit (hoc enim, & impossibile, & risibile esset) sed vt dum pœnitet de facto suo, repellat sui facti sequelam, vtique habituale peccatum ex actuali relicto; agit ordinatissime & recte quicunque ardentem affectat se nunquam peccasse.

Ad tertium respondetur negando, quod Actus proprius potissimusque virtutis pœnitentiæ sit mere cõditionatus & pura velleitas. Quoniam licet velleitates in actibus pœnitentiæ se inmiscant: actus tamen germani pœnitentiæ vere absoluti sunt: vt patet in volitione operandi ad destructionem peccati: quæ volitio est potior atque præstantissimus actus virtutis pœnitentiæ.

Reliqua quæ in hac solutione possunt desiderari videantur in solutione secundi argumenti.

AD VLTIMUM argumentum vt respondeamus, recolenda est distinctio quam ex mente Magistri Soto induximus in solutione ad primum: & illa posita respondetur, solas virtutes primæ classis esse per se expetibiles: non vero virtutes secundæ, propter ea quæ in ipso argumento allata sunt.

Ad primam confirmationem, eadem distinctione præmissa respondetur: antecedens solum esse verum in virtutibus primæ classis: non autem in secundæ. Sicuti licet sanitas prout sic non supponat egritudinē in subiecto, sanatio tamen (vt sic loquar) supponit eam: quia nisi animal egritudine laborasset, actualis medicationis & sanationis neutiquam capax extitisset. Et sicuti, licet vita nullam præsupponat mortem, resurrectio tamen, atque suscitatio præsupponunt illam.

AD SECUNDAM confirmationem respondetur concedendo, quod sicut sunt in rerum natura multa hominis cõmoda, quæ non propter se, sed propter remotionem mali quam

causant redduntur conducibilia atque expetibilia nobis, & connumerantur inter præstabilia & bona, licet ad hoc supponant prædictam indigentiam, egritudinem, atque malum in nobis: sic in ordine gratiæ sunt aliqua dona, veræque virtutes, quæ non tam propter se, quam propter medelam morbi, remotionemque mali quam causant, redduntur non solum conducibiles, & expectibiles: verum & inducibiles nobis. Quia sicut si corpus humanum egritudinibus obnoxium non esset, non foret medicamentorum susceptiuum, nec capax: sic nisi nos labiles, fragiles, habilesque ad peccandum essemus, virtutis pœnitentiæ non inueniremur capaces.

Et ideo Christus Dominus quia nullius peccati fuit capax, sic nullius virtutis pœnitentiæ fuit particeps. Quia tamē Beatissima Virgo secundum se fuit peccati capax, potuit esse subiectum susceptiuum virtutis pœnitentiæ.

D V B I V M II.

An pœnitentia virtus sit genus ad virtutes omnes?



QUOD PŒNITENTIA sit genus ad virtutes omnes, his videtur posse argumentis fulciri.

CAPVT PRIMVM.



IN PRIMIS enim, vt author est August. lib. 3. hypognost. pœnitentia virtus est res perfecta & optima reducens ad perfectionem omnes defectus. Ergo est genus ad virtutes omnes: siquidem de illis essentialiter prædicatur ista virtutis pœnitentiæ præfata diffinitio.

Confirmatur. Vna species, etiã subalterna virtutū nequit supplere defectū aliarū, neque munus reliquarū obire: quoniã aliàs sufficeret vna virtus pro omnibus. Ergo si pœnitentia præstat aliarum omnium officia, sequitur quod non possit esse vna peculiaris virtus, sed genus ad omnes virtutes.

Deinde. Bonū morale sub cõmuni ratione boni moralis est obiectū virtutis in cõmuni: non autē peculiaris virtutis, vt de se notū est: & etiã ex eo q̄ bonū morale vt sic, quidditative dicitur de omni virtute. Ergo etiã malum morale in cõmuni, quatenus detestandū atque expellendū, est obiectū virtutis in cõmuni: cū sit propriū virtutis inclinantis in bonū, inclinare etiã in detestationē & repulsam mali cõtrarij. Vnde cum pœnitentiã opponatur omni malo morali prout sic, sequitur quod sit omnes virtutes: vel potius genus ad omnes.

Confir-

Qui nã naturaliter affectent aliquo modo impossibilia.

26

Respondetur ad tertium argumentum quarti capitis.

27

Respondetur ad vltimum argumentum quarti capitis.

28

Multa sunt bona quæ præsupponunt aliquod malum.

Quod subiectum requirit Pœnitentia.

29

Arguitur pro parte affirmatiua quæstionis.

Arguit. 2.

Confirmatur: facere omne bonum vt sic non est particularis, sed potius virtutis communis. Ergo similiter detestari omne malum morale vt sic non erit particularis, sed potius virtutis communis: cum eiusdem sit inducere bonum, & remouere malum aduersum. Et proinde cum pœnitentia remoueat omne malum morale vt sic, sequitur quod sit virtus communis, atque genus ad virtutes omnes.

TERTIO. Malum morale in communi vt expellendum non est obiectum alicuius particularis virtutis: quia sicuti non est illius inducere bonum morale in communi, ita neque expellere malum morale in communi; siquidem non contingit expulsio mali nisi per inductionem oppositi boni. Nec etiam est obiectum omnium virtutum simul: quia cum nulla determinatè sumpta habeat tale obiectum, omnes etiam simul sumptæ non poterunt illud habere: cum non sit alia essentia omnium virtutum simul (vt sic loquar) sumptarum, quam dum in particulari sumuntur: & proinde neque aliud obiectum. Ergo malum morale in communi vt expellendum erit obiectum alicuius virtutis communis & vniuersalis ad virtutes omnes: siquidem qua talis expulsio est bonum morale arduum, petit virtutem aliquam moralem: & prout est bonum in communi, quod nulla virtus peculiaris attingit, nec omnes simul sumptæ, petit virtutem aliquam quæ sit quidditatiuè communis ad virtutes omnes. Et ex consequenti pœnitentia virtus est genus ad omnes virtutes: quia illius est attingere malum morale in communi vt expellendum.

Confirmatur: si daretur aliqua virtus ordinata ad repellendum aliquod malum in particulari, illa proculdubio esset virtus particularis: vt patet in iustitia punitiua & in misericordia. Ergo si daretur aliqua virtus ordinata ad expellendum omne malum morale in communi, sequeretur quod esset aliqua virtus communis in tota communitate virtutis. Sed virtus pœnitentiæ est de se ordinata ad expellendum omne malum morale in communi. Ergo est virtus vniuersalis.

DENIQUE quoniam aliàs frustra poneretur virtus pœnitentiæ: siquidem omne malum potest singulariter propulsari per singulares virtutes quibus singulariter aduersatur. Ne ergo dicatur superflua pœnitentiæ virtus, videtur necessario dicendum quod est virtus communis cuius essentia est contracta ad omnes singulares virtutes, ratione cuius omnes sunt expulsivæ scorsum alicuius mali moralis.

CAPVT SECVNDVM.



N HOC dubio aliqui aliquando partem affirmatiuam sanxerunt: vt refert diuus Thomas in 4. distinctione decimaquarta, quæstione prima, articulo primo Quæst. iunctura prima, & sexta, & D. Bonauentura ibidem, quæstione secunda. Quâuis isti adhuc inter sese dissentirent: nam quidam assererent, pœnitentiam esse generalem virtutem secundum prædicationem: quidam vero non nisi secundum conditionem annexam quibuscunque virtutibus: in quantum singulæ habent expellere malum oppositum bono quod inferunt. Et inter hos vltimos est annumerandus Maior in quarto, distinctione 14. quæstione 2.

Dicendum nihilominus est pro resolutione quæstionis: pœnitentiam non esse virtutem generalem ad virtutes omnes, neque secundum prædicationem & quidditatem, neque secundum conditionem.

PRIMA pars primò patet ex eo, quod aliàs quælibet virtus esset pœnitentia: & quilibet actus eius esset actus pœnitentiæ: sicuti quælibet virtus est virtus, quia virtus vt sic prædicatur quidditatiuè de omni virtute.

Secundò. Expellere omne malum morale non est omne bonum morale: cum etiam inducere bonum morale sit pars boni moralis. Ergo virtus expellens omne malum morale non est virtus communis ad omnes virtutes, quarum obiectum est bonum morale vt sic, nõ autem hoc vel illud malum morale: & per consequens nec pœnitentia est virtus generalis ad omnes virtutes secundum prædicationem & quidditatem.

Confirmatur: aliud est formaliter loquendo expellere malum, & aliud inducere bonum: quinimo hoc posterius sæpissimè accidit sine primo, vt patet in incremento virtutum & bonorum. Sed pœnitentia non continet nisi illud primum: Ergo non est genus ad virtutes omnes: cum genus debeat continere omnes differentias suas, & debeat esse idè realiter cum suis differentijs: cum tamen pœnitentia non sit idè realiter cum omnibus virtutibus.

SECUNDA pars probatur ex eo quod pœnitentia non est virtus simpliciter necessaria: sed tantum ex suppositione peccati. Cum tamen si esset generalis conditio ad omnes virtutes esset ita necessaria vt ipsæ virtutes: hoc simpliciter & pro omni statu.

Denique probatur vtraque pars ex eo, quod, si propter aliquid virtus pœnitentiæ esset aliquo modo communis ad omnes virtutes, maxime quia est expulsiva omnis mali moralis, in quo videtur conuenire cum reliquis virtutibus: vt argumenta præmissa moliuntur. Sed modus quo pœnitentia expellit malum morale,

Assertores
senectia re
lata capite
precedenti.

Conclusio,
& decisio
quæstionis
bimèbris.

3 2
Probatur
prima pars
decisionis.

Quare pœni
tentia nõ sit
genus ad vir
tutes.

3 3
Pœnitentia
non est cou
ditione necessa
ria ad vir
tutes.

3 0

Arguitur
3. ad idem.

Confirmatur
argumenti

3 1

Vltimo ar
guitur ad
idem.

& ratio secundū quam expellit illud non sunt communia reliquis virtutibus, sed particularia virtuti pœnitentiæ. Ergo virtus pœnitentiæ nullo modo est virtus cõmunis ad omnes virtutes. Minor probatur ex eo quod vt D. Tho. ostēdit 3. p. q. 85. art. 2. Pœnitentia non quomodolibet respicit malū morale, sed prout est offensa Dei; neque quomodocumq; expellit illud, sed tantum per modum compensationis. Constat autē reliquas virtutes non sic prospicere malū morale, nec propulsare illud modo isto, etiā si propulserit id; & proinde quod alia sit ratio virtutis pœnitentiæ à ratione, & cõditione reliquarum virtutum.

Resp. ad argum. 1. cap.

Et per hoc patet ad argumenta omnia. Tãtū enim probant quod pœnitentiā attingit malum morale commune, & quod habet effectum circa malum morale cõmune: non tamen probāt quod id præstet sub ratione cõmuni: & nõ potius sub ratione sibi peculiari & propria.

D V D I V M II.

An pœnitentia virtus sit saltem aliqua virtus subalterna continens sub se distinctas aliquot virtutes specie.

Pars affirmatiua his suaderi potest.

CAPVT PRIMVM.

IN PRIMIS enim pœnitentiā respicit peccatum secundū diuersas rationes obiectiuas formales. Ergo pœnitentia importat distinctas specie virtutes: siquidem ad multiplicationem rationis formalis obiectiuæ confurgit multiplicatorum formalium distinctio. Antecedens autem probatur ex eo, quod pœnitentia respicit peccatum, vt oppositum summo bono, vt offensa & iniuria Dei, vt priuatio rectitudinis debitæ, vt inæqualitas inter nos & Deum, vt expellendum, satisfaciendum, compensandum, dolendum atque displicendum: vt D. Thom. docet 3. parte, quæstione 85. articulo 2.

Nec valet dicere rationes istas esse materiales. Contra enim est quod nulla alia virtus respicit illas formaliter nisi virtus pœnitentiæ. Ex quo sequitur quod sint illi formales. Maxime quod quilibet actus respiciens peccatum secundum aliquam ex prædictis rationibus est formaliter actus pœnitentiæ. Quod tamen nõ cõtingeret nisi quælibet illarum rationum esset ratio formalis obiecti pœnitentiæ. Non enim sufficit attingere materiale obiectum alicuius habitus, ad hoc vt actus attingens illud obiectum sit actus formaliter illius habitus: aliàs actus quomodocumque attingens obiectum

metaphysicæ esset formaliter cognitio metaphysica.

SE C V N D O si propter aliquid pœnitentia non esset formaliter plures virtutes; maxime quoniam vt inquit vbi supra D. Tho. datur præceptum particulare de pœnitentia: cū tamen præceptum particulare dari non debeat nisi de particulari virtute. Sed etiā datur quandoq; de distinctis virtutibus, vt patet in præcepto iustitiæ commutatiuæ, quæ continet distinctas virtutes, vtiq; punitiuam, remuneratiuam, restitutiuiam atq; solutiuiam: & aliquando dantur plura præcepta charitatis Dei & proximi: cum tamen charitas non sit nisi vnica, Ergo ex vnitatem vel diuersitate præcepti non licet inferre vnitatem vel diuersitatē virtutis.

Tertio. Non omnia peccata sunt eiusdem, sed potius diuersarum specierum: vt patet in homicidio, furto &c. neque pœnitentia attingit vniuersa peccata secundum aliquā rationē in qua conueniunt præcise, sed etiam secundū illas quibus adinuicem distinguuntur formaliter inter se. Sed respectus ad diuersa, quatenus diuersa sunt, non potest esse vnicus secundum speciem, sed potius diuersus & multiplex pro multiplicitate obiectorum formalium. Ergo pœnitentia respiciens peccata prout formaliter inter sese distincta non potest habere vnicum obiectū formale: & per consequens neq; rationem vnius virtutis formalis.

Sanè si peccata ipsa eo non sunt vnum sed plura formaliter, quia habent distinctas formalitates: similiter virtus pœnitentiæ, attingens, & prout attingens distinctas has formalitates, non poterit esse vna; sed formaliter plures.

QU A R T O. Vbi occurrit specialis actus arduus & laudabilis, ibi necesse est occurrat specialis virtus, vt vbi supra docet D. Tho. Et patet ex eo quod materia virtutis est opus bonum & arduum, & proinde materia specialis virtutis erit opus specialiter bonum & arduum. Sed intra pœnitentiæ ambitum occurrunt distincta opera diuersimodè bona & ardua, quæ sunt pœnitere non solū de peccatis in Deū commissis, verum & de patris contra proximum, etiam notabiliter nobis infensum & iniurium. Ergo intra pœnitentiæ ambitum plures includuntur virtutes cum plures includantur bonitates & difficultates omnino diuersæ. Lõge enim difficilius est pœnitere de offensa irrogata inimico, quam de irrogata amico & maxime de irrogata Deo.

DE N I Q V E. Vbi fuerint plures rationes honesti & eligibilis, ibi plures esse virtutes necessum est. Sed in pœnitentia inueniuntur plures rationes huiusmodi: vt potè quod inuenitur de testatio peccati propter diuersas rationes laudabiles, honestas & arduas, quales sunt damnare animam, gratiam expellere, Deum irritare. Ergo in pœnitentia inueniuntur distinctæ virtutes. Et proinde pœnitentia est, saltem, subalterna virtus, continens sub se aliquas inferiores virtutes.

35
Arguitur
2. ad idem.

Arguitur
3. ad idem.

34
Arguitur
primo à parte affirmatiua quæstionis.

36
Arguitur
4. ad idem.

37
Arguitur
ultimo.

CAPVT SECVNDVM.



PROPOSITVM nihilominus definiendum est. Primo quia cum vnicus tantum sit effectus formalis pœnitentiæ, scilicet expulsio peccati per modum compensationis: necessum est pœnitentiam esse vnicam dumtaxat virtutem.

Secundò. Quia nihil essenziale potest prædicari de vna pœnitentiã virtute, quod nõ prædicetur de alia. Neq; est aliqua pœnitentiã virtus, quæ sit formaliter aliud quã voluntas expellendi peccatum per modum cõpensationis.

Tertio. Quoniã aliàs essent plures contritiones specie distinctæ: & proinde plures vltimæ dispositiones ad gratiã sanatiuã: siquidem contritio est præstãtissimus pœnitentiã actus. Constat autẽ hoc esse chimericũ: quoniã si cõtritiones deberent multiplicari secundũ speciem, id maxime deberet fieri propter peccatorũ diuersitatem. Et tunc sequeretur tot esse futuras cõtritiones specie distinctas, quot sunt peccata formaliter diuersa; quo nihil absurdus. Nam etiam aliàs sequeretur gratias sanatiuas debere esse specie distinctas: cum vltimæ dispositiones specie distinctæ requirant formas specie distinctas.

CAPVT TERTIVM.



AD PRIMVM argumentũ in oppositũ respondetur, tantũ probare, in peccato esse plures rationes formales quæ: non tamẽ formales sub quibus. Cũ tamen distinctio habitũ ab istis potius sumatur quã ab illis: iuxta quẽ vos Patres sapiẽtissimi, vtiq; Magister Cõmel super 1. par. D. Tho. quæst. 1. art. 3. notab. 3. & Magister Bañez ibidem fundamento secundo sapienter constituis.

AD secundũ respondetur concedẽdo libenter vnitatẽ aut pluralitatẽ præcepti nõ arguere vnitatẽ vel pluralitatẽ virtutũ: & ideo D. Thom. non in corpore articuli, sed in argumẽto, sed contrã, vsum fuisse illo argumẽto. Iam autẽ ostensum est in quo cõsistat quod virtus pœnitentiã non sit subalterna virtus.

AD tertium respondetur. Quod sicut vnica scientia potentiaque vnica potest attingere obiecta sub se contenta, & tendere in ea non solum prout conueniunt in aliquo, sed prout in inuicem distinguuntur, vt patet in intellectu, velũtate, & cõtra pœnitentiã. Per hoc enim quod pœnitentia attingat peccata vt media compensatione expellenda, habet posse ambire & formaliter tangere vniuersa peccata, etiã prout ad inuicẽ distinguuntur, siue opponũtur: quoniã ratio illa est ad omnia ista superior.

AD quartam respondetur. Tũ quod magis & minus intra eandẽ speciẽ nõ variant illam, & cõstat quod maior & minor bonitas & etiã

difficultas in præsentiarũ sunt intra eandẽ speciem, cum sint circa idẽ obiectũ formalissimẽ cõsideratũ. Tum quod difficile fundas rationẽ virtutis nõ est difficile, quod se tenet ex parte subiecti, aliàs qui faciliter virtutum opera executioni mandaret non ageret laudabiliter: sed quod tenet se ex parte actus qui ex natura sua debet esse difficilis. Vnde licet pœnitere de malo irrogato inimico sit ratione subiecti difficilius, non tamen ratione actus atque obiecti: cum non propter inimicum, sed propter offensum Deum potissimẽ teneamur pœnitere de peccatis quæ fecimus cõtra proximum. Tum quod cum ratio difficultatis, nõ sit ratio virtutis, sed conditio dumtaxat, non infert varietas eius varietatem virtutis. Sanẽ difficultatem non esse rationem virtutis conuicitur ex eo, quod non ingreditur diffinitionem eius: vt patet 1. 2. quæst. 56. art. 4.

AD vltimum respondetur plures illas rationes non se habere vt plures in actu pœnitentiã, vel etiam in obiecto: sed tantum vt vna adãquata; vel vt plures subordinatæ quarum vna consequitur ad aliam.

DVBIUM III.

An pœnitentia virtus sit aliqua virtus a thoma specie distincta ab omni alia virtute?



CORVS in quarto, distinctio ne 14. Durand. ibidem quæstione 2. Caietan. super tertiam part. quæst. 85. art. 2. partem negatiuam tuentur.

CAPVT PRIMVM.



PRIMÒ. Quoniã actus potissimus & primus cuiuscumque virtutis est electio boni, secundarius autem est fuga à malo: quia nullus recedit à specie cuius mali nisi qui accedit ad speciem contrarij boni. Cum igitur potissimus actus pœnitentiã sit detestatio mali, qui est actus secundus virtutis, sequitur quod non constituat aliquã per se virtutem: sed quod pertineat ad virtutem illam ad quam pertinet prosecutio boni, quæ est primus actus virtutis.

QUOD si dixeris primariũ pœnitentiã actũ non esse fugam, sed potius prosecutionẽ, qua volumus operari in destructionem peccati. Contra est quod volitio exterminandi malũ supponit necessario appetitionem boni, cui tale malum opponitur; siquidem nullus mouetur ad destructionem mali nisi propter amorem boni quo priuat tale malum. Ex quo sequitur quod iam præsupponat priorem actũ virtutis.

Quæ nam difficultas sit quæ ad virtutẽ requiritur.

Respondetur ad vltimum argumentũ primi capitis.

39
Ostenditur pars negatiua quæstionis.

Respondetur ad primum argumentũ primi capitis.

37
Respondetur ad secundum argumentum.

Respondetur ad tertium argumentum.

38
Respondetur ad quartum argumentum.

39
Arguitur primo à parte negatiua quæstionis.

Arguitur
2. ad idem.

Secundò. Nulla est virtus propensa in ali-
quod bonum quæ non detestetur illico aduer-
sum malum. Ergo detestatio mali non potest
esse actus proprius alicuius virtutis cum sit
quid commune ad omnes virtutes.

Nec valet dicere vt dubio primò dictū est,
poenitentiam respicere expulsionem mali, nō
quomodocumque, sed prout est offensa Dei.
Contra enim est quod aliàs poenitentia respi-
ceret Deum in suis actibus vt rationem for-
malē sui obiecti : & perinde esset Theologica
virtus.

TERTIO. Si propter aliquid poenitentia
esset virtus specialis, maximè quia est virtus
peccati compensatiua, iuxta dicta secūdo dub.
Sed hæc ratio non constituit virtutem singu-
larē: quoniā aliàs in Christo fuisset vera poe-
nitentia: quandoquidem fuit in illo vera com-
pensatio pro culpa: & nos egeremus vera poe-
nitentia ad satisfaciendum, etiam satisfactio-
ne ciuili, offensas illatas proximis: quæ omnia
sunt neganda.

CAPVT SECVNDVM.



VOD si perconteris ab huius-
modi authoribus, ad quam virtu-
tem pertineat virtus poeniten-
tiæ? Respondet vbi supra Sco-
tus, quod pertinet ad multas, vt
que ad iustitiam vindicatiuam siue punitiuā,
& ad appetitiuas aliquas virtutes. Propterea
quod (inquit) primariū poenitentia effectus
est detestatio peccati: ad quem requiritur as-
sumptio alicuius poenæ voluntariē & patienter
tolleratæ: in quo tam iustitia punitiua, quā
aliæ morales virtutes requiruntur, siquidē est
maxima difficultas in appetenda & assumen-
da sponte poena aliqua. Inquit rursus quod
etiam ad illum effectum prærequiritur chari-
tas, cuius est detestari malum contra Deum
commissum. Et rursus virtus illa cui peccatū
commissum opponitur, & cuius est niti con-
tra expulsionem illius. Et tandē virtutes om-
nes, quarum est mutuò se coadiuare. Ex quo
sequitur quod secundum Scotum poenitentia
pertinet ad virtutes omnes. Hæc docuisse vi-
detur vbi supra præfertim quæst. 1. §. de 3. arti-
culo, & §. de secunda conclusione. Vbi assi-
gnat quatuor actus ad poenitentia effectū con-
currentes: quorū primus est velle punire pec-
catum, qui est actus iustitiæ punitiæ: secun-
dus, detestari peccatum, qui est actus poenitē-
tiæ: tertius, velle acceptare poenitentiam: &
quartus, patienter ferre illā: qui sunt actus ap-
petitiuarum virtutum.

DVRANDVS autem vbi supra asserit poe-
nitentiam esse essentialiter idem quod iustitia.
Tum quoniam virtus ordinās hominem ad al-
terum in ratione debiti est propriē iustitia: &
constat quod poenitentia ordinat hominē ad
Deum in ratione debiti. Tum quia compensa-
tio iniuriæ quæ fit proximo pertinet ad iusti-

tiam: & constat quod non est minus debita
Deo compensatio pro offensa illi illata.

Caietanus vero vbi supra constituit poeni-
tentiam quantum ad suum præstantissimum
actum, qui est compensare iniuriam Deo fa-
ctam, esse reducendam ad virtutem religionis:
Primò, quia ad hanc compensatiuam sufficiūt
religionis actus, quales sunt displicentia offen-
sæ, confessio peccati, & humilis subiectio ho-
minis ad Deū offensum, orationes & preces,
ac tandem actus illi qui Deo impendunt ho-
norem.

Secundò. Quia cum reddere Deo debita ob-
 beneficia accepta non erigat virtutem distin-
 ctam, à virtute religionis: non videtur cur red-
 dere debitum illi propter offensam illatam re-
 quirat aliam virtutem: cum diuersæ rationes
 debiti non varient species solutionis, vt patet
 in solutione mutuati.

Tertiò. Quia cum proprium obiectum reli-
 gionis sit reddere Deo debitū: & sub hoc quid-
 datiuē contineatur reddere particularia de-
 bita: necessum est vt reddere debitū pro pec-
 cato contineatur sub religionis obiectum: &
 perinde poenitentiam esse reducendam ad re-
 ligionem.

Denique: quoniam proprium est religionis
 diuina reuereri attributa. Sed offerre compen-
 sationem Deo offenso est venerari attributū
 misericordiæ & etiam iustitiæ. Ergo actus poe-
 nitentiæ est actus religionis.

VLTIMUM quod interrogato poterat res-
 ponsum exhiberi, est poenitentiam spectare
 ad speciem charitatis. Primò. Quoniam poeni-
 tentia obiectum, quod est offensa Dei per cō-
 pensationem destruenda, potest per se attingi
 ab actu charitatis: siquidem charitatis est dō-
 re de malo Dei, de cuius bono gaudet: & proin-
 de operari in destructionem eiusdem mali at-
 que offensa Dei. Quod si nihil poenitentia
 præstat quod non præstaret charitas, super-
 flue poneretur virtus poenitentia distincta à
 virtute charitatis.

Secundò: quoniam in obiecto formalissimo
 poenitentia duo dumtaxat reperiuntur: quo-
 rum alterum habet rationem finis, scilicet de-
 structio offensa: & alterum rationem mediij,
 videlicet compensatio. Sed ad charitatem per-
 tinet tanquam ad formam amicitia expellere
 iniurias & iurgia, & etiā assumere media pro-
 portionata ad depulsionem illarum: siquidem
 virtus cui competit finis, competit etiam me-
 diorum ad talem finem executio & electio.

Ergo charitas habet in se, & præstat ex se
 quidquid præhabere potest præstare-
 que poenitentia: & proinde vi-
 detur quod sit ipsa-
 met poeni-
 tentia.

Ad quam
virtutē per-
tineat poe-
nitentia se-
cundū Cai-
etanum.

42
Ad quam
virtutē pos-
set dici q̄
pertinet poe-
nitentia.

40
Adquā vir-
tutem per-
tineat poe-
nitentia se-
cundū Sco-
tum.

41
Adquam
virtutē per-
tineat poe-
nitentia se-
cundū Du-
randum.

CAPVT TERTIVM.

43
Conclusio
contra Sco-
tum citatū
num. 40.

PRO decisione sit. Prima con-
clusio contra Scotum.

Virtus pœnitentiæ non
coincidet cum omnibus
alijs virtutibus.

HÆC conclusio tam patet ex eo, q̄ est
propriū pœnitentiæ operari in de-
structionem peccati media compensa-
tione: quod non attingunt reliquæ virtutes.
Quam etiam ex eo quod si propter aliquid op-
positum esset dicendum maximè quod omnes
virtutes prærequiruntur ad actum effectumq̄;
pœnitentiæ: vt ipse Scotus vbi supra tradit.
Sed si hæc ratio aliquid probaret, probaret
perindè omnes virtutes concurrentes ad ali-
quem effectum siue charitatis siue fidei siue iu-
stitiæ siue cuiuscumq̄ alterius pertinere ad
virtutem illam cuius opus moliantur. Imò se-
queretur quod cum virtutes omnes mutuo se
adiuuent, & mutuo se indigeant quod omnes
illæ pertinent ad vnā virtutem: ita vt virtus
iustitiæ, verbi gratia non sit aliqua vna virtus,
sed virtus adiacens, & coincidens cum virtuti-
bus alijs, quarum indiget ope ad promptam &
expeditam sui muneris executionem. Et idem
esset dicendum de charitate atque religione:
quæ plurimis virtutibus egēt ad exercitia sua.

*Secunda conclusio contra
Durandum.*

Virtus pœnitentiæ non est propriè
virtutis iustitiæ.

HÆC conclusio claret ex eo quod iusti-
tia propriè sumpta tātum viget inter ea
inter quæ reperitur equalitas dati & ac-
cepti, siquidem medium iustitiæ est medium
rei. Cum tamen actus pœnitentiæ quantum-
cumque crescat non possit æqualitatem debiti
resarcire. Claret etiam ex eo quod de ratione
pœnitentiæ vt sic est detestari peccatum prout
est offensa Dei. Cum tamen iustitia vt sic om-
nino abstrahat ab huiusmodi intuitu.

Neque argumenta Durandi aliquid probāt:
siquidem ad rationem iustitiæ non sufficit vt-
cunque ordinare hominem ad alterum in ra-
tione debiti: sed debet ordinare illum in ratio-
ne debiti equaliter persoluendi. Propter quod
satisfactio ciuili homini facta potest esse
actus iustitiæ perfectæ: secus autem
compensatio facta Deo
pro culpa.

(.?.?)

Cōclusio cō-
tra Duran-
dū citatum
num. 41.

44

Resp. ad ar-
gu. Durandi

*Tertia conclusio contra
Caietanum.*

Pœnitentia non pertinet reductiue
ad virtutem religionis.

HANC conclusionem ex eo satis probo
quod finis proximus religionis est cul-
tus Dei, qui debet esse communis sanctis
& sceleratis: cum tamē finis proximus pœni-
tentiæ sit destructio peccati, qui tantū est pro-
prius hominis peccatoris: nam sancti non indi-
gent pœnitentia.

Probo item ex eo quod virtus pœnitentiæ
& religio respiciunt actus humanos sub alia, &
alia ratione formali: siquidem pœnitentia respi-
cit illos vt destructiuos peccati; religio autem
tanquā media consona ad cultum & honorem
Dei. Et licet ex cōpensatione peccati sequatur
honor Deo, is tamē non est primario & per se
intentus, sed tantum consequenter secutus.

Ad primum argumētum illius respondetur:
tantum probare virtutē religionis suppeditare
actus idoneos ad pœnitentiam: vt etiam libe-
ralitas subministrat actus idoneos ad virtutem
charitatis: ex quo tamē non sequitur charitatē
esse liberalitatis virtutem.

AD SECVNDVM respondetur: non esse
virtutis religionis soluere Deo debita prout
sic: sed debita contracta propter beneficia ac-
cepta. Quam rationem constat esse satis diuer-
sam à ratione debiti contracti per iniuriam il-
latam. Vt est longe alia ratio debiti ad patrem
prout sic à debito eiusdem filij ad Patrem eun-
dem prout à se offensum.

Ad tertium respōdetur: quod quia ratio de-
biti vt sic nō est obiectum religionis, sed ratio
talis debiti, vtique contracti ob beneficia ac-
cepta à Deo: ideo non cadit sub illo debitum
pœnitentiæ.

Ad vltimum respondetur, pœnitentiā vt sic
non directè attendere honorē & cultum Dei:
sed consequenter tantum atque remōtè: vt pa-
tet ex supradictis.

*Quarta conclusio contra quar-
tam sententiam.*

Pœnitentia non reducitur ad cha-
ritatem, nec coincidet cum illa.

HÆC CONCLUSIO patet ex eo, quod
pœnitentiæ obiectum habet diuersum
motiuum, difficultatem, & laudē ab ob-
iecto charitatis: cum motiuum huius sit Dei
bonitas prout sic, illius vero sit eius offensa
prout sic: & media charitatis faciliora sint atq;
honorabiliora medijs & actibus pœnitentiæ, cū
actus pœnitentiæ durissimi atq; seuerissimi sint.
Et proinde remunerabiliores cæteris paribus.
Cum igitur ratio motiui, & ardui, & laudabilis

Conc. cōtra
Caiet. cōtra
tū nu. 41.

45

Resp. ad 1.
Caiet. arg.
ex factis nu
me. 41.

46

Resp. ad re-
liqua argu-
mēta Caiet.
ex nu. 41.

Quarta con-
clusio cōtra
4. sentēt. ex
nu. 42.

47

fit ratio constitutiva virtutis: sequitur quod si hæc est alia in poenitentia virtute à virtute charitatis, quod etiam fit alia virtus.

Cur poenitentia non coincidat cum charitate.

Patet item ex eo quod si charitas coincideret cū poenitentia non solū oporteret vt exequeretur omne id quod poenitentia exequitur, tã ex parte finis quã etiam ex parte mediorum: sed oporteret vltius quod sub eadē ratione formali, vtiq; sub ratione cōpensationis exequeretur illa: siquidē hæc est ratio potissima poenitentia. Sed repugnat q̄ charitas ita exequatur hæc opera: quoniã cū eius ratio in diuisibilibus sit, & semper eadē, si semel respiceret opus sub ratione compensationis, semper illud ita respiceret. Ex quo sequeretur q̄ charitas ab intrinseco præsupponeret debitū contractū per culpā, vt actus cōpensatiuus præsupponit eū: quod tamen est plus quã falsum.

Et per hæc patet ad omnia argumēta facta pro sententia ista. Fatemur enim libēter quod charitas potest exequi omne illud opus materialiter sumptū, q̄ poenitentia exequitur: sed negamus q̄ possit exequi illud modo poenitentię, hoc est, modo compensationis iniurię illatę.

Vltima cōclusio decisiva quæstionis.

Ultima conclusio decisiva quæstionis.

Poenitentia virtus, est quædam specialis virtus vltima & athoma, à reliquis condistincta.

48

HÆC conclusio est Magistri in distin. proposita 4 Sententiarū, vtiq; in dist. 4. & Bonaueturę ibidē ar. 1. q. 1. Capreolentiã ibidē q. 1. ar. 3. ad argumēt. Duran. Est etiã D. Th. 3. p. q. 85. ar. 2. & Ioãnis de Medina codice de poenitentia q. 1. art. 1. ad 4. Cam. 2. p. relectionis de poenitentia fol. 8. Magistri Soto in 4. d. 14. q. 1. art. 2. & aliorū Thomistarum, atque recentiorum Doctorum.

Probatur vltima cōclusio.

Veritas illius patet. Tum impugnatione præmissa aliarū opinionū. Tū quoniã in obiecto poenitentia cōsiderato modo, totiens repetito, inuenitur specialis ratio bonitatis & difficultatis: & proinde ratio constitutiva peculiaris virtutis. Quis enim ambigere poterit, habere speciale laudem & difficultatē, perari in destructionem peccati prout est offensa Dei: & operari in expulsiōem illius per modum compensationis? Sane hoc adeo lingulare est vt nulla sit virtus cui talia in proprio obiecto contingant in virtus poenitentia.

49

Est peccatū directē oppositum soli virtuti poenitentia.

TUM tertio ex eo quod peccatum impoenitentia prout sic nulli virtutū opponitur directē nisi virtuti poenitentia dumtaxat. Licet enim aliis virtutibus à poenitentia opponatur, non tamen directē opponitur eis, nec alicui illarū opponitur singulariter, sed eodē modo omnibus illis opponitur, vt habet D. Tho. vbi supra solutione ad secundum. Cum ergo speciale peccatum speciali debeat virtuti re-

pugnare: sequitur quod si hoc peccatum non opponitur specialiter alicui virtutū, nisi dū taxat virtuti poenitentia: quod virtus poenitentia sit virtus omnino specialis.

Et confirmatur ex eo quod in poenitentia peccatum formaliter sumptum, non consistit in eo quod est non credere, non amare, aut nō exercere actū alicuius virtutis distincta à poenitentia: sed in eo præcisè q̄ est non exercere actum poenitentia vt sic. Ex hoc enim aperitissimè sequitur esse specialem aliquam poenitentia honestatem: & proinde virtutē ab omnibus aliis virtutibus condistinctam.

CAPVT QVARTVM.



DPRIMUM argumentū initio positum respondetur actū prosecutionis tunc tantum esse posse actū primariū alicuius virtutis, quando primario versatur circa rationē formale obiecti talis virtutis, vt per se notum est. Et quia in poenitentia virtute studiosa voluntas operandi in destructionē peccati est actus prosecutionis, terminatus ad obiectū formale virtutis poenitentia, ideo est primus & potissimus actus illius: vt etiam in occurso, quem in argumento fecimus, prædictum est.

Ad impugnationem autē respondetur cum D. Tho. vbi supra solutione ad primum: amorem boni qui præsupponitur ad volitionē exterminandi peccata per cōpensationem, non esse virtutis actum: quia non est circa difficile: eo q̄ omnis homo naturaliter est propensus & facilis ad amandū sibi suū propriū bonū. Præterquã quod cū expulsio mali habeat rationē boni, & maximè expulsio mali inhonesti, nō opus est recurrere ad aliud anterius bonū: vt etiã est inclutum bonum abstinere à peccato, ne contagio illius turpiter inquinemur.

Ad secundū respondetur cōcedēdo antedēs: & negādo consequentiã propter rationē mihi traditã. & ad impugnationē respondetur virtutes Theologicas nō vtrumque respicere Deū, sed Deū prout est in se directē & immediate: cū tamē poenitentia non prospiciat nisi Dei offensam prout sic: ex quo sequitur q̄ nō respiciat Deum nisi materialiter & indirectē.

Ad vltimū respondetur poenitentia nō habere pro obiecto quæcūque peccata, sed peccata propria: & ideo Christus nō habuit poenitentia, etiam si habuerit cōpensationis actū. Præterquã quod cū satisfactio Christi fuerit ad æqualitatem potuit esse actus rigorosæ iustitię: & quoniã per se loquendo satisfactioes ciuiles, quæ fiunt inter homines possunt & debēt fieri ad æqualitatē offensa, ideo compensatio illarū est actus perfectæ iustitię.

Vt autē patere possit disputationibus vestris, Patres præstantissimi, cāpus: finē hic dicendi voluntarius impono: vt vel inuitus possim telis obsistere vestris: vestris vtiq̄.

50
Respondetur argumēto primi capituli.

Amor boni proprii non est actus virtutis: & cur.

51
Qualiter Deus sit obiectum virtutū Theologicarum.

Cur Christus ad satisfaciendum pro nobis nō eguit poenitentia.

VESPERTINA ORATIO, ITEM ET PROPOSITIO AD SALMANTINUM CONSEN- sum: pro Magisterij laurea; in Salmantino- rum Ecclesia Cathedra.

I
Difficultas in proponendo ante Salmantinum Senatum.



IN IVM sanè cordis, vel saltè minimū frōtishabere necesse est (Patres conscripti, Patres magni huius magnæ Matris) eum cui ad lapsum non lubricus est tam editus tamque inclytus locus. In quo sublimiores adsunt, adstant, silent, vident; arrectisque auribus audiunt homunculum homines. Et verè homines. Nam vt Aristippus egregie: *Homo sine censu salutis, homo est: sine pecunia, ita: sine fortuna, ita.* (Quamuis vt Plautus habet.

Sapiens Polipse, fingit fortunam sibi
Sine scientia tamen non ita: non est homo. Arist. insuper sic. *Quo viui discriminantur à mortuis, eo ab insciis eruditi, id est; nescientes cadauera tantum: scientes autem homines nescientes corpus dumtaxat: sed scientes animæ, mentes, atque numina sunt.*

Quo circa AEGYPTI Rex Pharao propter vnum documentum sapientiæ, quod à Ioseph accepit constituit illum dominum domus suæ, & principem omnis possessionis suæ: & supra currum extulit, præcone præeunte simul & proclamante, vt omnes coram eo genua flecterent. Genes. 41.

Quo etiam honore adfectus & actus fuit Daniel propter eandem causam à Rege Donosor. Daniel 2. Et Achilles, inter Græcos præcipuus, & consilio maior, Phœnicem præceptorem & Magistrum suum ab Agamenone ad se legatum missum, excepit honorifice, eique dimidium regni sui detulit, & dimidio sui honoris frui voluit: dicens, apud Homerum Iliad. 9.

Equè ac ego regna, & dimidium partiri honorem.
Itè Dionysius tyrannus Syçiliæ: aliàs sæuitiæ superbiæque natus: vittatam nauem, Platoni sapienti obuiam misit: & ipse quadrigiis albis, in littore egredientē excepit. Et vt per-

pendit Plinius lib. 7. naturalis historiæ ca. 30. Pompeius cōfecto Mitridatico bello, ingressurus domū sapientis Possidonij, fores percussit, de more, à liçtore vetuit: & faeces liçtoris ianuæ submitit is cui oriens occidentisque se submiterat.

De Theodosio etiam quid vobis ingeram? Certe factum, dictumque; egregiū: etenim (referente Nicephoro lib. 12. cap. 23.) Arsenium præceptorem suorum filiorum commonuit, ne quem ex sublimitate illorū conciperet metum: sed illis potius vt seruis vteretur. Et cum quadam die Arsenium stantem, pueros autem magnifico splendore sedentes subito præoccupasset, ac Theodosius repente comprehensisset, correptus ira, primo pueros regalibus nudauit insignis: secundo dixit, conducibilis esse illis & melius, priuatam exigere vitam, quàm sine sapientia imperare.

Artaxerxes Imperator præterea, hanc in honorem Hippocratis Medici scripsit (apud Valerium Maximum) Epistolam. *Rex Regum magnus Artaxerxes, Hystani Helleponti præfecto salutem. Hippocratis Medici, Esculapio prognati, ad me artis fama peruenit. Da igitur operam, vt aurum illi tribuas, quantum cupit, aliaque item quorum indiget: & eum ad me mitte. Erit enim par honore summis in Perside viris.*

Quid plura? Certe iuxta plurimorum sententiam, Magi inquirentes Christum Reges fuere: sic August. de mirabilibus sacra Scripturæ lib. 3. ca. 4: sic Tertul. lib. 3. contra Iudæos cap. 9: sic Isidorus lib. de passione Domini ca. 15. imo sic sacra littera (iuxta aliquorum expositionem non irritam) Psalm. 71. *Reges Tharsis & insula munera offerent, & c. Isaia 60. Ambulabunt gentes in lumine tuo & Reges in splendore ortus tui.* Et tamen Matth. silentio Regum prætermisit nomen: nec Reges sed Magos dixit, quia sapientiæ nomen dignius quam potentia æstimauit, nec regio apparatu, sed potius scientifico voluit illustrare Euangelium.

Notabile Theodosij monitum.

3
Cur nã asserant Magos fuisse Reges: & cur.

Cur Matt. non vocauit illos Reges: sed Magos.

Quantum momentum litteræ hominibus conferant.

2
Audi honores viris sapientioribus inditos.

Nam is potius quam ille amplius, cumulatius Evangelium ornat.

4

Ingens Salmantini Senatus ad omnes scientias splendor.

Vos igitur qui scientias omnes habetis & præbetis: quinimo scientiæ omnes vos habet, & vos præbet, ut filios lucis lucet: ut luminaria lumina, quibus ipsa respicet, quibus patet, ac fulget: quomodo non dicat, quomodo non vocem, integra voce homines? Sublimiores homines? primiores homines? Imo quomodo homines, aut aliquid ab humo, & non potius cælitates, ut à cælo prorsus & à cælesti femine? Etenim non vane dictum est sed bene. *Qui docti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.* Astra radiantia igitur, sidera fulgentia atque fulgentissima, imo fulgentiū fulcrum atque firmamentum, fulgorisque fontes vere sapientes sunt; ac supra Solem Soles.

Cur astra per somnium adorantur Iosephum.

In cuius testimonium Sol, Luna etiam & Stellæ quendam ex sapiētibus olim, Iosephū, scilicet, adorantur per somnium: quasi submissis facibus deferendo imperium illi ut superiori; illi ut fulgentiori. Quod si non iniuria hæc in anima astra (aliās mundi anima) venerantur per somnium sapientem in somniis: qua iustitia, vos, sapientes, non in somniis, sed in feriis, sed in sacris, sed in supremis, sed in sempiternis, sed in omnibus scientiis, eadem cælestia, simul & terrestria adorabunt? Qua iustitia utique? Certe rigurosa. Nam merito superior orbis, maior orbis, quinimo totus orbis, vobis submissis facibus deferet imperium. Ut defero.

5

Qui nam invidia subternantur.

OCORVM! o Senatū! o Consensum à magna matre magnum! enimvero vnus es, quem mirantur omnes, quæ æmulantur; imo (ne metiar) cui planè inuidet: vel potius non inuidet. Invidia siquidem est de bono æqualis, non superexcellens. Excellis tamen Salmantine Consensus, vniuersos Consensus, & excellis excelle, atque intercapedine longa. Nam qui literariam dignitatem vniuersitatemque ut tu sustineat hodie, habet Ecclesia neminem: scilicet Hispaniam tanto sole, tanto sydere; cuius claritas non solum ad eos qui nunc sunt, sed ad remotissimos quosque abiunctosque diffunditur, quandiu litterarum viguerit super terram expansio!

Plus mouet apprehensio quam res.

Sed nunquid ego scilicet hoc Sole? annuo, si rationem, si mentem: abnuo, si robur, si sensum attendo. Quem non concipiam enim ex tanta sublimitate timorem? Quis ad tanti luminis iectum & influxum non cedit? Quis supra voraginem istam stabit intrepidus? Quis in obfusione tanta securus? Nec verum hic, vetus illud verum: *Plus opinio nocet quam res*: siquidem res ipsa, scilicet sapientia ipsa, sapientes ipsi, quos in prospectu habeo, supra scientiam sunt: nedum supra opinionem. Diuino tamen fultus ac suffultus auxilio, nec non & Deiparæ Virginis, Benedictique Patris, atque tutelarium Diuorum proferam proferendam in præsentia quæstionem: cuius sic habet titulus.

An Benedictinos Monachos Laureæ Salmantine condeceant?



ONNO rationū ductu partem possem illustrare negantē: sed quia per tēpus spatium non licet: cursim & in compendio nodū in hoc scirpo ponam, & euoluam.

Et in primis ponā, & inquirā ex eo, quod Salmantine Laureæ (ut constat ex suis formulis) ad docendū donantur destinanturque semper. Cum tamen, ut Hierony. habet Epistola ad Riparium atque Desiderium contra Vigilantium: & refertur à Gratiano nostro 16. q. 1. *Monachus non doctoris habet sed plangentis officium.* Et 7. q. 1. c. hoc nequaquam, dicitur. *Monachorum vita subiectionis habet verbum & disciplinatus: non docendi aut pascendi alios.*

Nec valet si cum D. Th. opusc. 19. c. 2. dixeris Gregor. Nazain. Basil. Damasc. Hieronymum, August. aliosque ex prima sanctitate monachos, ore vel scripto publicè docuisse.

Non inquam valet. Nam ut habet idem ibidem, & ex prædictorum Patrum voluminibus constat. Sancta docebant sancte & sacra facere: nec aliā quam scientiā salutis docebant aut dictabant. Denunciabant enim tantummodo quid sequendum ad vitam, quid fugiendū: quibus labentē animū studiis confirmandū: quomodo repellenda quæ mentem contra Deum turbant. Quemadmodum ærumnas ferendas sine gemitu nostro, scilicet felicitatem autem sine gemitu alieno: ac denique omnia illa, & sola illa, quæ serua & vera, & quæ ad vitam: & quibus homo melior, non vero doctior fieret: quibus peccatus instrueret, non quibus mentem acuat.

ACUMINA enim & dissertiunculæ quid iuuant? nisi ad erogandū in super vacua tantum maiorem partem temporis, potiore partem vitæ: Cum tamē temporibus nostris (proh dolor! gemitu meo dico, meo morfu) non aliud quam acumina, non nisi dissertiunculæ, dogmataque pugnātia. In his enim supercilia subducimus, in his barbam demersimus; hoc est quod tristes docemus, quod pallidi audimus, & adificimus: in his alti & subnixi ambulamus, maiorem quam pro homine sapientiam inquirentes, & semper indagantes quæ terram infra & quæ cælum supra. Et cum omnia multi subtilis ingenij ala peruolarint, miscelli præteruolant ipsi se. Omnia ita diuidimus, concidimus, partimur, finimus, ut vere in puluerem omnia demus.

Et ut cōficiā, vel, ut inficiā potius hoc argumētū; quæro. Quis nā de moribus quærat, ut quæsierunt sancti? Quis affectus temperat? quis timori? quis spei metam ponit aut modum? Sed potius argutiarū spinis, & quæstionū laqueis, & disceptationis subtilissimo filo,

6

Arguitur primo à parte negativa quæstionis.

Occurritur argumēto.

Euertitur Euasio.

Quæ nam antiquorū Patrum doctrina.

7

Quæ nam multorum recētorum litteralia studia.

subtiliora tantū tanguntur & texuntur, hærētes prope modum in verbis aut captiunculis; & in illis duntaxat quæ oblectamentum adferant, non autem quæ remedium inducant. Vel potius in illis quæ magna detrimēta producant. Siquidem ut inquit Paulus 1. ad Thi. 6. de pugnis & verborum quæstionibus. *Ex his oriuntur inuidia, contentiones, blasphemia, suspensiones malæ, conflictationes hominum.* Ac denique ut cum Seneca loquar. *Non iam vitæ, sed scholis adiscimus.*

8
Benedictinorum antiquiorum in docendo methodus.

IGITUR Benedictinus Monachus qui etiā si euoluat omnium prædecessorum suorum omnem supellectilem (aliàs immētam & innumerabilem) nullam inueniet captiunculam, differtuiculam nullam; nullum (mirabile dictū) argumentum in forma: nihil denique ad scholam scholastico more; sed omnia ad vitam, verbis vitæ; quomodo gaudebit, aut gaudere debet Salmātinis Laureis destinatis pro scholis, & scholasticis rebus?

CAPVT SECVNDVM.

Arguitur 2. pro parte negativa quæstionis.



ECVNDV. Nam quomodo cōducibilis esse potest Monachis Benedictinis, aliqua gloria mundi, aliquis honor sæculi, aliquis plausus gentium, & aura popularis: saltem affectata, saltē prætentā; quibus est solēnis suimet despectus, suimet deiectio, summaque humilitas, à primo vsque ad vltimum gradum: iuxta præscriptum, iuxta regulæ monitum: pene dixissem præceptum? Sed esto consiliū sit; imo consilium non sit, nec facræ regulæ iota vnū aut apex: quis tam hebes oculis, qui non plenè prospiciat Monachorū statum, habitum, victū, lectum, potum, incessum pœnitentis esse, aut saltem debere esse? ut Benedictus habet: c. 12. Regul.

Monachorum status.

Et adeo pœnitentis ut D. Thom. statuat 2. 2. quæst. 189. art. 3. ad 3. satisfactionem nullā adæquari posse religioso statui: nullaque esse posse tam immania crimina ut ob ea cogi quis valeat ad Monachatum: eo quod longe excellit monachatus omnem pœnitentiæ duritiē. Quo circa Chrysost. hom. 56. ad populum: vocauit crucifixos Monachos vniuersos.

9
Quæ nam deceat Monachos.

QVIS rursus in prospectu non habet verè pœnitentē & publicè pœnitentem auram popularem, gloriam sæculi (affectatā scilicet) non decere? Sed latibulū, sed carcerem, sed cinerem, sed faccum, sed cilicium, sed funes? Nā qui pompam, plausum, serica, aulica, ac deniq; mundica omnia, patrem etiā & patriā, numos & auros, imo seipsum etiam sibi ipsi negauit; mittēs ad aratrū manū; quomodo nō retro respiciet, si rursus serica, rursus aulica, rursus sectatur mūdica? Quod si retro respicit, nō aptus est regno Dei, iuxta decretum Christi: atque adeo nō bonus, sed monachus vanus erit.

Lauream Salmātinam apparatus ac pompa.

Quod si gloria aliqua, aliquisve honor mūdi (affectatus scilicet) monachis nō licet; quo-

modo decet summus, ac maximus honor, quæ Lauream Salmātinam impertiuntur? Præsertim illa quæ Magistrorum, quæ Doctorum est.

In hac etenim Lauream publicam lustrationes præcedunt, plenæ honoris & triumphi, quæ diem Lauream antecedunt: cum per vias publicas, locaque nobiliora fertur laureandus, omnibus videndus, omnibusque spectandus.

Vbi tympanistæ præeunt simul atq; tybicides crebro suauisque tympanorum pulsu totam lustrationis pompam præcinentes etiam & personantes, ut omnes scholares ac ciuicos conuocent: ad speciem nouiter laureandi. Præceduntque plurima alia, quæ potius admiratores quam oratores requirunt. Ut perhonorificus splendidissimusque candidatorum omnium, in omni professione & ordine comitatus: præeuntibus artium liberalium Magistris cum splendenti ephestrade: sequentibus Medicis pallido decoratis: subsequentibus Iuriscivillis atque Pontificij Doctoribus rubro virideque fulgentibus, simul atque Sacræ Theologiæ Magistris candidatis: procedentibus binis cum autoritate summa mirandaque varietate ac pompa. Post quæ duo clauarij cum argenteis clavis arte deauratis præcedunt Cancellarium scholæ, Parainphum præsidem, & Laureandum ipsum venustate ac splendore micantem. Et innumera alia quæ modo in isto comitatu conspeximus, & in præsentia cernimus, & craftina, Deo dante, videbimus: à quibus recensendis abstinere, propter iniuriam temporis.

QUAE igitur horum cum statu pœnitentiæ coniunctio? quæ bona adhæsiō? quod vinculum? quæ rationis affinitas, ac prudentia? siquidem vere pœnitens (nedum publice pœnitens) non ut Phariseus, stans publicusque ac patens, adducto vultu, oculisque erectis: sed, ut publicanus, latens, demissa fronte (iuxta decretum Domini) incedere, aut procumbere debet.

ET NERPAT hæc oratio in immēsum, hoc vno illam termino, illā finio. Quod si Monachorū aliquos Lauream Magisterij decent, maxime Dominicanos; quorum institutum litterarium est ex professione & voto, ut erudiant, ut doceant, ut eruditi & docti: Hoc enim affectauit & sanxit alumnus ille familiæ Benedictinæ pater Prædicatorum Dominicus: ferè oriundus quo ego: nutritus ubi ego: in monasterio scilicet antiquissimo, plus mille ab hinc annis Sancti Dominici Silensis, à quo Dominico nomen sumpsit Dominici, imo & vitam & esse: quoniam Silensis precibus natus est prædicatorum Dominicus: Qui fratres suos doctos à Domino voluit. Hos igitur decent maxime (si quos decet) Magistrorum Lauream. Et si illorum aliquem potius concederet hæc Lauream, maxime D. Thomam: qui statarius fuit huius militiæ miles, princeps, primus, & qui inter omnes primas.

Sed nunquid (dicetis) candidatus non fuit

IO
Pœnitentis habitus.

II
Dominicani commendantur & illorum author.

S. Dominicus de Silos.

*Audi pro
Laurea D.
Thomæ.*

Parisiensi Laureæ? Fuit quidem. Sed quo modo? ambiendo? affectando? aut aliquo modo appetendo, vt Salmantina Laureæ affectari debent? Absit: *Inuitus etenim, & reluctans Magisterio est insignitus.* Vt habent eius acta. Nefas ergo est Benedictinum Monachum addictum vitæ contemplatiuæ dumtaxat, non actiuæ; agro, non vrbi; solitudini, non autem sæculo, appetere, ambire, & affectare Salmatinas Laureas. In me fauio.

CAPVT TERTIVM.

12

*Ostenditur
pars affir-
matiuæ qua
sionis.*



ED VT indulgeam mihi, ad veritatem transeo. Quæ tamē hic tam obuia, vt indignè super eam mouere mihi litem. Nam præter innumera illa quibus D. Tho. ostendit opus. 19. Magistrorū munus & numen non solum licere, verum & expedire omnibus religiosis, esseque conducibile, tum illis, tum aliis fieri de collegio secularium Doctorum: à quibus supersedeo, nā ad breuitatē festino: extant vrgentissima alia, quæ cumulatisime ostendūt decorem prædictum maxime decere Benedictinos Monachos.

*Expende
aliqua Be-
nedictino-
rum enco-
mia.*

Saltem: quia amicissima semper studiis solitudo & quies: quæ in Benedictina familia vltra fidem sunt: testor nostra hæc sæcula. Saltem: nam quō sapientiores, eō in sanctitate potiores Benedictini fuerunt: testor prisca sæcula. Saltem: quia omnia huius instituti facella, ac monasteria quondam collegia florentissima fuere: adeo vt præter illa, pene nulla alia frequētaret Ecclesia: testor Tritemiū, omnesque historiographos. Saltē, quod primiores antiquioresve vniuersitates Ecclesiæ, vt illa Parisiensis, Papiensis, Bononiensis, Louanienensis: & quamplurimæ alia à nostris sunt Monachis erectæ Benedictinis: testor Zabarelam Cardinalem, & alios. Saltem: nam potiores iuris Pontificij Primates, Benedictini fuere: vt Gregor. 7. Gregor. 9. Gratianus, Abbas Panormitanus, & innumeri similes: testor adstantes omnes vtriusque iuris iure candidatos. Saltem: nam Theologia, ea scilicet quæ vocatur scholastica, initium sumpsit & ortum à Lanfranco nostro, nostroque Anselmo Anglico: testor vos Theologos. Saltem: quod scientiæ omnes intra septa huius sacri instituti cumulatisime floruerunt: testor Bedam, qui ætatis suæ anno septimo attōsus, scientiarum omniū euasit peritissimus: vt eius scripta ostendunt: testor Gratianum, & Panormitanū, qui etiam infantes attōsi sunt; & intra suum ordinem, (Benedictinum scilicet) iuris prudentiam acquisierunt tantam. Saltem: quia omnes Hispaniæ nostræ decus & ornamentum Doctores fuere Benedictini instituti, Eugenius, scilicet, Alfonsusque Toletani, Leander Hispalensis, & infiniti prope mo-

*Quo ætatis
anno Beda
Benedicti-
num cucu-
lum induit*

dum alij quorum caput extitit Benedictus Pater: atque Gregorius Magnus, Bernardusque mellissuus.

QUOD igitur mirū, si Doctorum filij, fratresque Doctorum, etiā Doctores fiant? Imo quomodo qui non fiunt, aut fieri non affectāt Doctores, & Magistri, nō filij degeneres à tantis videbuntur (si fas sic loqui) parentibus? Et si Pater & fratres non qualicumque Laureæ, sed Ecclesiæ Laureæ decorati sunt (Doctores siquidem reputantur Ecclesiæ) cur nō nos decebit Salmantina Laureæ, quæ citra Ecclesiæ Lauream, Laureæ summa est? Præsertim Theologica, quæ in candidatis suis, non tantum eruditione, verum sanctitate toto terrarum orbe refulget. Et in cuius ambitu nullus comprehenditur Doctor, qui vel professione, vel perfectione saltem, vere religiosus non sit.

CAPVT QVARTVM.



NE COBIECTA obstant. Primo enim argumento tantum ostenditur, Monachum ex professione sua non teneri ad docendum: non vero quod non possit assumi ad magistralem apicem, vt possit è suggestu docere. Sicuti ex eo quod Subdiaconus (verbum est D. Tho. opusc. 19. cap. 2.) prout subdiaconus est, non habeat Euangelium legere; non sequitur quod non possit assumi ad diaconatus apicem, quo possit & debeat Euangelium proponere.

Et licet decisiones inutiles Monachos vehementer dedeant: dissertationes tamen scholasticæ non abhorrent ab eis: sed potius illis conuenienter acquiescunt: siquidem per illas eruitur id quod in sacra fidei penetralibus hæret. Est enim magni momenti Theologia scholastica. Et ideo Patres nostri Lanfrancus, Anselmus, Ioānes Damascenus, & alij Benedictini cœtus, in maximis reponuntur, tanquam inuentores mirabiles huius præclarissimæ scientiæ.

Secundo item argumento tantum ostenditur, Monacho non licere Laureæ Salmantinae plausus, quando gratia plausi, & non ob rem aliam appetitur. Effet enim tunc finem propter media, non vero media propter finē inquirere. Imo effet prætereendere substantiā propter appendicem, non vero appendicem propter substantiam: quod omni reprobatione, repulsaque dignum est.

AT VIRTUTIS culmen & arcem desiderare, ex quibus pullulant ornamenta decoris, vitio vertendum non est; sed virtuti potius: quando quidem nulla est virtus, quæ coli non deponat ab omnibus propter honestatē suā, & commendationem innatam. Vnde sicuti propter hoc nullus poenitens debet à virtute desistere, neque à virtutis obtentu: sic non debent Monachi fastigium declinare sapientiæ propter eius splendorem.

13

*Salmantini
Theologi cō-
mendantur.*

14

*Responde-
tur ad argu-
mentū pri-
mi capitis.*

*Primores
Theologorū
Scholastico-
rum Benedi-
ctini fue-
rūt, & qui.*

*Responde-
tur ad 2. ar-
gumentum
2. capitis.*

15

MATVTVINA ORATIO
SIMVL ET PROPOSITIO
AD SALMANTINORVM CONSEN-
sum in die magistralis Laureæ, vtique Dominica
Quinquagesimæ.

I
Aduersi au-
thoris in hoc
instauri vul-
tus.



TERVMVOS alloquor
(Patres Conscripti, Pa-
tres patriæ) & trepida
gratulatione vos allo-
quor. Gratulatione qui-
dem, nam ipse, mihi ip-
si gratulor, quod illuxe-
rit dies ferendi ac refe-
rendi studiorum meo-
rum perampla, perillustria spolia; & in quo
fulgore & quasi repercussu tantorum luminū,
lumen accendar ipse: & in quo manu ducar ad
feriam salutaremque illam veræ sapientiæ me-
tam, sic vt votis innatis satis fiat meis, & bene
impensum omnem laborem habeam, quem
pro micante Lauream tam auidè, tam abundè pro-
fudi. Denique vt tanto collegio sociari, tanto-
que cælo affigi cælesti munere possim. Sed
me prætereo.

2
Splendor Sal-
mantinus.

QVEM non delectet, tam varius ornatus &
cultus magnæ Matris: hic tot Aristoteles, tot
Platonēs, tot Socrates: illic tot Apollines, tot
Hippocrates, tot Galeni: ibi tot Papiniani, Vl-
piani, Sulpitii, Africani: illinc tot Augustini,
tot Hieronymi, tot Diui Tho. alii pro dextris
alii pro sinistris, omnes tamen sparsi, & vt de-
fixæ stellæ in circumfusam adstantium, au-
dientium, prospèculantium fulgentes multitu-
dinem atque radiantes. Et in supremo capitis
huius cælo (fas ita loqui) lumina duo, capita
duo. Est enim regia simul & aquileam vniuer-
sitas ista, duplici gaudens capite, numina duo,
sed vnica mens magni huius mundi, Rectorem
intelligo atque Cancellarium, astrorum aslan-
tium Principes atque Patres. Quis igitur vos
absque gratulatione videbit, loquetur & au-
diet: merito ergo vos gratulatione loquor.

SED cur trepida? cur gemitu meo? meo
morsu? Ratio est in promptu: quod per aduer-
sa ipse, aduersis me seruauit, & per magna pe-
ricula maiora pericula emi. Et debet profecto
ludibrium ventis, quisquis non cauet. Quo
circa timide pedem omnino meum in hanc
cimbam pono: vbi quæ bella pandam contra
fulminatricem legionem & collegium haud
cerno. Nam locus, & metus propter locum
officit.

Questiones reprehendit Tacitus verbis
magnificas, rerū vacuas. Seneca etiā exanguia
verba, etiam si concinna, si clarissima, dam-
nat: & quæ non faciunt animum quia non ha-
bent: & consensione omnium, male audiunt
omnia specie inanum valida.

SED ego vtroque laboro: rebus & verbis:
passus proculdubio id ipsum quod Appion
ille (falso Polystihor) cum Homerum ab inferis
magno molimine euocasset: qui specie
tanti viri perterritus nihil amplius interro-
gavit nisi, *Vnde domo?* Specie igitur tanti fe-
natus perterrefactus ego, quid promam ni-
si futile aliquid? Et vtinam hoc promam.
Quod si saluus ipse, fretum hoc enauerim,
nō alio adscribam quam supremo Deo; à quo
suffragium, & simul à Beatissima Virgine at-
que Benedicto Patre peto, precor, ac de-
precor: & à vobis Patribus dicendi
veniam efflagito, atque propo-
nendi quæstionem. Quæ
sic infit.



3
Tremet au-
thor in hoc
procinctus.

Verba sine
mēte cassa.

4
Perterrēt
vultus vi-
rorum ingē-
tium.

QVÆSTIO VNICA.

An in Bacchanalibus, in quibus valedicimus carnibus, Laureæ Salmantina congrue conferatur?

CAPVT PRIMVM.



Hoc proculdubio dubium, licet appēdix sit hesternæ prælectionis, vt constat: tamen nec est momēti nec emolu mēti vllius. Forſan tamē oblectamēti erit, q̄ huius ridiculi tēporis la cra Dea est. Ludis & lu

foriis ſiquidē tēpus hoc ſacratur, vel poti⁹ obii citur. Quod non leue telum contra partē affirmantē quæſtionis. Nā ſi ridiculū tēpus hoc, & tēpus ludi: quomodo tempus Laureæ? Quo modo gerēdis rebus magni momēti congruū? Quis vnquā ſeria ſacraque cū ſcurrilibus copulauit, aut iocis, ſi ſibi & illis fuit conſcius?

Et certe ſic ludi tēpus, tēpus iſtud, vt æque publicē, æque latē ludrica iſto, vt alio tēpore patiātur ſeria. Immo latius atque diffuſius: nā qui alias repūt, nūc ambulāt: & qui ſuſpendūt gradū tenero & molli inceſſu toto anno, hodiē curſitant: alio tēpore inaniū amor: ſed iſto neceſſitas eſt. Ad omnē leuitatē & ludū omne aliud tēpus eſt pronū: ſed iſtud eſt præceptus. Vulgus vbiq; & ſemper cōfectus & corruptus eſt: nunc autē potius cōfector, potius corruptor. Excitat enim ſe ipſum, & ingenio adiuuat vitia. Et virilitas hodiē traducitur, quoniā nō poteſt exui. Et ſic nullū eſt momentū nullus eſt angulus quibus improbāda non ſiant.

Tēpus hoc illud eſt quo maximē deſudat ciuitas, & luxuriæ ius quali publicē datur. Ingēti apparatus ſonant omnia. Adeo nihil intereſt, vt nō videatur mihi erraſſe, qui dixit; olim tres Bacchanalium fuiſſe dies, nunc vero tres menſes.

Quis igitur in tā deſultoria rerū leuitate Salmatinā Laureā mediā ingeret? Maximē Theologo? maximē Monacho, maximē Benediſtino? quibus nō ſolū deſpicere, adſpernari ac fugere iſta iniunctū eſt: verū & cautum ne ad ſpiciant.

DE INDE nā tēporib⁹ iſtis omne ſtudiū ſcholarū cedit, & vos ſcholasticorū profellores & Patres in ſcholis omnē ſolitudinē cernitis, imo amatis, & facitis deſerēdo illas: vt rē, extra rēpro nūc. Ergo ſidocere & ſcholasticos cōglo merare male audit hoc tēpore: cur non Doctorem potius aut Magiſtrū creare, & Salmatinum Conſenſum iſto tempore cogere?

Tertio quia vētris ingluuies hodie, ſi vſquā vigeat. Rariunt proculdubio, qui nō in ſe ipſis cōcipiāt maiorē habere famē, quā vētrē: nam ſicut à prudētia, ſic à tēperatā tēpus iſtud deſciuit, excedūt enim cœnæ dies ipſos. Et ſi temporibus aliis ſupervacua appetūtur: iſto cōtraria etiā. Nec nullius animalis, niſi ex ſaſtudio, pax eſt. Et ſummæ ruſticitatis ac miſeriæ eſt, velle quod eſt ſatis dūtaxat. Trāſeo piſtorum turbā: trāſeo miniſtratorū, per quos ſignodato ad inferendā cœnā diſcurritur. Deus bone! quā tū hominū vnus venter exercet. Quis igitur tēpus ſancinandi pabula iudicabit idoneū ad Laureā impericiendā Benediſtino monacho? Quis ſegetē ventris ac mētis vno cōſtituit tēpore?

ADDE quod nullus ſeſe hodie cōcedit in publicū niſi mentita forma, & hac informi ſimul & horriffica: quali quia tēpus nullius veri viri, nullius boni dignū. Quod ſi propriā faciē, propriā ſpeciem hi videntur oſtēdere, cur Senatus iſte omnem ſuam formam, faciē, pompam dignabitur oſtētare, maxime per vias? Hæc de humanis.

Nam de Diuinis quid vobis ingeram? Nōtis Eccleſiam paſſionem Domini hodie recolentem? Qua ergo fronte, tempore quo Chriſtus illudendus proponitur, proponitur Chriſtianus (etiam ſi non Benediſtinus: etiā ſi non Monachus) laudandus & laureandus. Patiente Domino ſol obſcuratus eſt: & vult homo ſplendere? Adde, quod etiam Eccleſia recollit, diſcipulos Chriſti vt ignaros & inſcios conſpicuam de paſſione ſententiam non comprehenſiſſe. Quis fidelium ergo tam cum inulta fronte, qui cum Patres, cum Principes, cum Præceptores omnium, & Eccleſiæ magiſtri criminantur inſcitia, velit ipſe ſapientia Laureis inſigniri, & Magiſtrum haberi? Adde etiam, ſi vis, quod etiam in Epiſtola pro nihilo reputatur omnis ſapientia ac ſcientia. Neſas ergo eſt illam hac ſaltē die Laureis illuſtrare: ni velimus dicere quod in Epiſt. Paulus ſatyrā laureando decantat. quod neſas.

Denique nam ea mente, & conſilio eo, oblectamēta & ioca hoc tempore tolerantur, vt iritata, leuia, & deſultoria omnia, quæ malē nos afficiunt, in quadrageſima poſtea debita purgatione vacuētur: ad eum quippe modum quo ad futurū vomitum ſtomachum concitamus, & ſanguinem ad prouidam emiſſionem ciemus. At oblectamētum Laureæ magiſtralis nō officiit, nec expiandum venit, vt ſordidum aut ſuperfluum aliquid; cur ergo cum expellendis miſcetur atque concitatur? Non ergo tempus hoc congruum Laureis eſt.



Arguitur.
3. ad Idem.

In conſuſtē
pore vaccha
nalium.

Qualiter ſe
gerat Eccle
ſia tempore
iſto.

Cur hoc tē
pore ioca to
lerantur.

CAPVT SECVNDVM.



EDREBVS altiori contemplatione prospēctis; Etsi nō congruum omne tempus videatur, nec sit, ad Salmantinas Laureas, hoc tamen decētissimum est. Primo. Nam dies iste omnibus laxamenti est & oblectamenti: testis vox populi, mos etiam. Gaudendum igitur in illo est.

Nō enim est laudis, sed luxur publicā relinquere diem, vt propriū nobis ac peculiare maneat: vt Seneca habet. Hoc enim est eorum qui officia lucis, noctisque peruertunt: & qui alto sole semisomni iacēt. Vnde laudauit Paulus, gaudere cum gaudentibus. Quod si gaudendū est? vbi latius, vbi leti⁹, vbi laudabili⁹ gaudebit Salmātinus cōsensus, Salmātina mater, quā, vt quælibet mater, in concipiēdo, generādo, nutriendo, cōdecorādo, & cōgratulando filio?

Eo quidem vel maximē, quod vt virilitatis argumentum fuit in Vlisse ex oblati venalibus cultrū, nō muliebria præeligere: sic grauitatis argumentum est in Salmantina matre, in ista rerū, ludorumq; cōfusione, literarios ludos, nō ludricos in sui oblectamentū deligere.

Secundō. Nam selectiores, secretioresque viri qui toto anno latibulum habitant: tempore isto vias publicas, publicē errant, & coram fiunt omnibus, ne forsā reputentur ex illis qui mentita forma turmatim vel seorsim coram populo infaniūt. Et illustriores viduę que latitant in lateribus domus & angulis tota vita, ne indignum aliquod cū deambulatoricibus iudicium subeant, tēporibus istis fenestras frequentare sanxerunt, vt non vagas, sed se domi clausas ostentent.

VIRORVM autem siue viduarum quis selectior, quis illustrior, quis clausior Salmātino Claustro? Merito ergo tēporibus istis pōpa sua prodit: ne alumni eius, spōsi ei⁹ aliquod temeritatis iudicium cum desultoria lusoriaque incurrat caterua. Atque adeo merito hodie ministrat Lauream suam. Hæc si humana.

Quod si diuina inspicimus, quid dicemus? Certe isto tēpore Ecclesia celebrat quod celsius est, & quod sacratius in ipsa: nempe passionem Christi. Cur ergo Salmātinus Consensus, non celebrabit hodie quod est in ea optimum, nempe Theologicam Lauream? Rursum Ecclesia celebrat Christi passionem, quam habet, non pro stultitia vt Græci, nec pro scandalo, vt Iudæi; sed pro sapientia Dei, atque summa sapientia. Quæ igitur dissonantia est, & nō concordia potius, quod Salmātina mater, subsequa aliās & Ecclesiæ filiola, eodem ipso die suos manifestet sapientes, celebret, & ad Lauream vocet filios aliquos, & præsertim illos, qui magis de Crucis scientia, practicē saltem obtinent? Tales autem monachi sunt.

TERTIO. Nam quo tempore aptius Laureæ, quibus galli cohærent (vt sunt Theologicæ Laureæ) administrari possunt, quam gal-

lorum tempore? Constat autem præsentem Dominicam vulgo compellari. *El Domingo del gallo.*

Adde, quod nunquam Lauream Theologicam conuenientius condonatur Theologo, quam dum illi ostenditur. Quid nam sit Lauream ista: quid nam Theologia, quid denique scientia. Hoc autem nunquam sic euenit, quā hodie: in quo Paulus docet, per epistolā Misæ, scientiam omnem, siue humanam, siue cœlicam absque charitate, esse nihil.

CAPVT TERTIVM.



ENIQVE. Nam si propter aliquid non oportune daretur Lauream Salmantina in huiusmodi tēpore, maxime quoniam (vt habent argumenta priora) dies isti sunt desultorii dies quātum ad vulgus; & hæc præfens Dominica est sacratissimus dies quātum ad Clerum.

SED prima ratio non militat contra vniuersitatis Doctores: cum potius (vt dictum est) coërceantur hoc medio ab illis quibus vacare iuuenilibus possent, contra professionis suæ, atq; propensionis impulsū. Maxime quod nō solū docti, verū & cōmunis plebs vehementer abhorret, apud Hispaniā nostrā, crapulā in gerentē demētationē aliquā; etiā pro tēporibus istis. Imo temporibus istis auerfantur illa exactius: Tū vt sese discernant à dissolutoria plebe: Tū ne notētur grauati & oppressi cibo, quādo oculatius ab omnibus cōuitatorie classis farinaq; obseruatur. Facilius enim est dissimulare tēporibus alijs grauedinē mentis, quā istis: & ideo cōsulto nūc, vt semper à crapula abstinent docti, quinimo & indocti.

SECUNDA etiā ratio nullatenus vrget: siquidē vitulatio Dominica, quæ hodie recolitur, lætitiā poti⁹, quā mœstitudinē generat: vt pote causantē oratione bonū nostrū. Et satis ac superessetq; Christi Dñi passio rationē sacrificij induisset, vt nobis pro lætitiā esset: siquidē sacrificiū quod Deo offertur vtcūque, ingentē parit in offerētē lætitiā, & etiā in recolētē. Vnde authore Macrobio lib. 3. Saturnal. c. 2. vitulari apud antiquos, idē significabat quod lætari; & Vitulā colebat antiqui tanquā Deā lætitię: quia vitulare, hoc est sacrificia offerre, magis in offerētibus, & etiā in referētibus lætitiā infert. Quod si oblatio quælibet, siue vitulatio hoc præstat: quid oblatio illa, qua Christus se metipsum pro nobis obtulit in hostiā Patri? Cōdecēs ergo est, vt Magisterij Lauream hoc cōcedatur tempore: vt gaudium sæculi cohæreat gaudio sacrorum.

Præterquā, quod vt Ecclesia proponit nūc Christi passionē, vt luxū seculi arceat & bonū parimoniam imitat exēplo illo: sic Salmātina mater nūc sua profert stēmata, vt specie illarū inescet homines ad ardua & inclytā, quibus illa paratur, & deuiet illos à fluxu seculariū vitiorum, quibus dari solet hæc tēporibus opera.

Ostenditur primò pars affirmatiua quæstionis.

9

Gaudendū cum gaudentibus.

Mos grauiorum hominum isto in tempore.

10

Probat 2. pars affirmatiua quæstionis.

11

Probat 3. idem.

12

Respondetur ad argumenta primi capituli.

13

Respondetur ad 2. argumentum primi capituli.

Quid vitulare.

Consilium Salmantine Vniuersitatis.



CONCIO VBI SVpra HABITA, POST ACCEPTA INSIGNIA LAVREÆ MAGISTRALIS.

Est autem hæc Concio iuxta Euange-
lium dici.

T H E M A.

Ecce ascendimus Hierosolymam: & consumabuntur omnia, &c.
Lucæ. 18

I

*Salutatio
Concionis.*



INTER gallorum can-
tus defluxit Petrus
ad abnegandum Chri-
stum: vt forte Baccha-
nalibus istis inter agi-
tandos gallos vulgus
non semel deflectitur
ad abnegandum suis
factis Deum, & præ-
cepta Dei. Sed sicuti post galli cantum in-
greditur planctus mœstitiæque in Petrum, diu-
ino percussus intuitu: sic in nos omnes post
decantationem gallorum ingreditur in præsen-
tia Passionis Dominicæ moeror luctusque.
Sed prius nos prospiciat, vt Petrum, prospic-
tor sæculorum: suffragante Virgine, Ange-
lico, ante omnia, salutata sermone.

§. I.

DVRVS est passionis Christi propositus
sermo pro deliciarum isto atque Bac-
chanaliũ tempore: siquidem prophana
sacris non recte coherent, nec grata diu-
inis præstatur auricula, dum sensus vacant
humanis. Et licet in antidotum possint mis-
ceri sacra prophanis: satis ad id videbatur quod
miserentur in exitu, saluo principio. Satis
videbatur enim quod extrema gaudii præocu-
paret luctus, vt præoccupabit in feria quar-
ta cinerum, quando per iniectum cineris
omnis suffocabitur luxus: non secus ac suffo-
cantur iurgia apum iniectu pulueris exigui
etiam iuxta metricum illud.

*Sed hæc certamina tanta,
Pulueris exigui iactu compressa quiescunt.*

2
*Videtur nõ
ad rem Euã-
gelium Pas-
sionis pro
hoc tẽpore.*

*Apum na-
tura.*

Satis igitur id videbatur, ne carnis se-
mel contractus posset cancer sæuire, aut ali-
quo modo serpere: etiam si Ecclesia non
ab initio eum voluisset rescindere.

Maximè quod vitio non datur laxare men-
tem temporibus istis, illico cogendam, co-
hibendam atq; reuocadã in ordinẽ iuxta Qua-
dragesimæ formulam omnibus latam. Cũ ta-
mẽ passionis Christi vel remota memoria ener-
uet & præpediat animũ contra laxamenta, &
inquinamenta quæcunque. Et non videtur
conueniens confundi plangendi tempora
cum ridendi temporibus: quandoquidem
diuinis oraculis proclamatum est Ecclesiast.
cap. 5. *Omnia tempus habent: tempus ridendi, &
tempus plangendi.*

NIHILO MINVS cum Ecclesia Catholica
diuino spiritu acta id ita decreuerit, creden-
dum omnino est quod ita decuerit. Et
quidem quod ita conduxerit, saltem ex
eo constat, quod vt habet vetus prolo-
quium, continuis obfirmatum exemplis,
initius obstandum est, ne mala per longas
possint inualescere moras. Quo circa con-
sultius est nascentem infirmitatem rescin-
dere, ne postquam vires resumpserit ob-
sistat medicamentis, & tandem foeteat,
quod quadriduana est. Vnde cum Domi-
nica passio antidotum selectissimum sit con-
tra aegritudines morum, oportunè satis
initio Bacchanalium profertur, vt repe-
lat omnes lasciuientes motus, insultusque
luxuriantes, qui possunt animam in inter-
ritum agere.

3
*Quanti re-
ferat ad præ-
sens Euã-
gelium pas-
sionis Do-
minicæ.*

*Initia malo-
rum recin-
denda illico.*

Quanta ir-
rationali-
tas non co-
gnoscere
Deum.

Sanè B. Hierony. tomo primo, Episto. 3. ad Heliodorum. cap. 3. inquit, quo iure tot milia Hominum, qui Christi præcesserunt aduentum, absque delectu aliquo depopulati sunt, & in æternam illico dānationem detrusi, quasi detrudi possent culices atque pecudes. Et interrogatis respondet. Hoc ita euenisse propterea quod homines illi creatorem non satis agnouerant: cum tamen absque creatoris notitia omnis omnino hominum pecus sit: & oportuisse ideo cognoscere eum, atq; passionem illius, ut fierent in numero hominum, & sic eriperentur deinceps ab inferorum manibus. Vnde, ut homines ipsi se ipsos tanquam homines habeant, & non more pecudum procidant & procumbant in eis quæ lasciuientium sunt, & absque delectu aliquo æternam sibi per peccatum mortem inducant: proponitur ab Ecclesia Dominicæ passionis mysterium, in eorundem hominum bonum & momentum patratum.

Ex hoc enim liquidò haurient redemptos se fuisse pretio: & magno pretio: ac reportaturos perinde vel in proprio corpore Deum: non autē terrestria aut lutea in cogitationis arcano. Ex quo Pauli illud. 1. Cor. 6. *Empti enim estis pretio magno: glorificate, & portate Deum in corpore vestro.* A quo tamen longe degenerat qui animam propter mundicia gerit uenale. Sed ad Euangelium pergo.

§. II.

ECCĒ ascendimus Hierosolymam. Hoc uerbum *Ecce*, uerbum ominosum est: ut pote quod non se mel portendit, sed etiam peperit malum aliquibus ualentioribus hominum. Mactē, (ut abstineam à reliquis,) duobus potissimis hominum, uidelicet Itaræ Prophetæ, & Christo Domino necem induxit: iuxta D. Hierony. illa tomo. 9. Epist. 7. de viro perfecto. *Isaias cum redemptionem nostram, tanto ante in Virginis utero meruisset agnoscere eamque uelut iam præsentem populo demonstraret, dicens: Ecce Virgo concipiet & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emanuel: præsentem & futuram infidelium Israelitarum turbauit ætatem. Nam & illi veteres Prophetam suum, quoniam non uiderent quod ostendit, interemerunt. Et hi prophetatum sibi (uidelicet Christum) quoniam prophetiam non receperunt, occiderunt.* Quare conuenienter hoc uerbum passioni Christi copulatum est: ut uerbum demonstratum, ac prædicatum, & penè inductum stragis.

Hoc item quod est, *Ascendere*, ominosum atque lubricum est: ut pote concernens fastigiis, à quibus frequentissimi lapsus & grauisissimi casus eueniunt. Hinc post ascensionem illam mente dum taxat conceptam & optatam ab Angelo aiente Isai. 14. *Ascendam super altitudinem nubium: secutum est præcipitium æternum.* Hinc post affectatum illum nostrorum Parentum ascensum

ad sciendum ut dii, grauisissimus secutus est atque miserabilis casus, quo cum in honore essent, nequaquam intellexerunt: sed sunt comparati iumentis, & similes facti illis: iuxta quæ habentur Psal. 48.

Hinc Psal. 106. copulauit & quasi glutino addixit Dauid ascensionem descensioni, dicens: *Ascendunt usque ad cælos, & descendunt usque ad abyssos.* Et Christus dominus eleuationem deiectioni coniunxit, tanquam causam effectui. Dixit enim Matth. 23. & Lucæ. 14. *Qui se exaltat humiliabitur.* Propter quod Dauid Psal. 55. dicebat. *Ab altitudine dei timebo: Ut pote quod præceps omne fastigium est, & ad præcipitium proclue.*

Quare uel Christo domino ascensus saluberrimus is honestate conspicuus, ac diuinitate plenus in Hierosolymam urbem celsit in casum uolentæ necis ac mortis. Et ascensionem illam notauit ipse Christus ut dispositionem præuiam ad deiectionem suam. Dixit enim. *Ecce ascendimus Hierosolymam, & consumabuntur omnia quæ scripta sunt de filio hominis. Tradetur enim Gentibus &c.* Quasi plenius dixisset. *Oculatissime cernite ascensionem meam, ut præfati perinde sitis deiectionis meæ, aliàs uoluntaria mihi, non minus quam ipsa ascensio.*

VNDE certior atque breuior omnibus, quæ homini contingere potest, uia ad lapsum uia ascensionis est. Adeo, ut qui per compendium uoluerit cadere, ascendant: & optimam ad cadendum uiam prope semper inueniet. Si enim homo esset saltē ad nebulae instar, optime consuleret sibi scansionem ad æthera: quia sic se melius à sole corruptente seruariet: ut se seruat nebula alta petens. At cum, Iacobo teste cap. 4. nu. 14. homo nō sit nisi uapor ad modicum patens, & citissime defluens: necessum est ut scansione deficiat, ueluti fumus deficit. Ex quo dauidicum illud Psal. 36. 67. & 101. *Deficientes quemadmodum fumus deficient.*

Qua propterea Paulus Apostolus dixit, emnino esse nihil tam omnem creaturæ potentiam, quam etiam scientiam exactam: nisi charitate obfirmetur. Prima enim, Cor. 13. sic dixit. *Si habuero omnem scientiam, & omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum: Ut pote quod cum scientia inflet, in nihilum ocylsimè defluit, nisi charitate firmetur, atque sulciatur, cuius est edificare: iuxta Pauli decretum. 1. Cor. 8.*

Merito ergo hoc uerbum passioni Dominicæ conglomeratum est, ut uerbum referens arduam ac seueram sententiam omni deiectioni propinquam.



Expende
hoc.

Via ad la-
psum uia
ascensionis.

Cur or
sint nihil
absque cha-
ritate.

4.

Refert co-
gnoscimus
quanto præ-
tio empti
sumus.

5
Ly Ecce,
ominosadi-
fluo.

Isaias obly
Ecce occisus.

6
Quantum
periculi mi-
netur ascen-
sus.

§. III.

8

NON minus ominosum est tertiū Thematī nostri nomen, quod habet *Hierusalem*: siquidem aiente Domino Luca. cap. 13. *Non contingit Prophetā perire extra Hierusalem*: Et Matth. 23. *Hierusalem Hierusalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt*: Quali Hierosolyma fuisset macellū iustorum omnium: & prolcenium ad omnem iniuriam, & necem inferendam sanctioribus.

Vnde licet Hierosolyma ciuitas omni encomiorum genere quondam decorata consisteret, vt pote quod (vt notat Chrysoſto. super Psal. 121.) omnes illic congregabantur quotiens de re aliqua deliberandum erat: illic templum, & illic omnes peragebantur ritus atque ceremoniæ: & illic Leuitæ erāt atque sacerdotes, Basilicæ, Adyta, vestibula, sacrificia, altare, festa, celebresque conuentus, preces & auditiones, & tandem consistebat illic tota forma reipublicæ. Propter quod à Domino Matth. 5. inter potiora orbis annumerata est, & inter venerabilissima eius: dum dixit. *Ego autem dico vobis non iurare omnino: neque per Cælum, quia Thronus Dei est: neque per terram, quia scabellum est pedum illius: neque per Hierosolymam, quia ciuitas Dei est magni Regis*: Quia tamen vt dictum est. Psal. 121. *Hierusalem quæ adificatur vt ciuitas*: non potuit non redundare atrocissimis etiam criminibus: vt redundare solent grandiores ac tumentiores ciuitates terrarū. Hinc Dauidicum illud Psalm. centesimo. *In maturo interficiebam omnes peccatores terræ: vt disperderem de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem*. Quasi ad repurgandum ciuitatem Hierusalem ab iniquorum sodalitiō & coetu, oportuisset improbos ab omni terrarum facie prius delere, & penitus exterminare: quia si alicubi superstites relinquerentur statim ad ciuitatem, vt ad proprium domicilium confluerent.

Sunt enim latifundia (in quibus promiscuè viget inter paleas granum) velut magna domus, in quibus nō solū extāt vasa argentea & aurea in honorē, sed etiā vasa lutea atq; testea facta præcise in contumeliam, vt de mundi domo obseruauit Paulus ad Rom. 9.

ET SIC VTI in latifundiis atq; angustiōribus domibus palea granis, & fictilia præpōderant aureis: sic in ciuitatibus amplis mali præponderant bonis, quantumuis bonis & inclytis. Non enim vt in domo Dei, vbi abundauit delictum, superabundat gratia: sed veluti in domo mundi, vbi abundat gratia, superabundat iniquitas. Et ideo non mirum est si sancta illa & inclyta Hierosolyma in sanguinariam potuerit degenerare romphicam, & fieri cultum iugulans atque temerans sanctos, & ipsum sanctum Dei: siquidem ex quo facta est, atq; ædificata vt ciuitas, obnoxiam se fecit ciuitatum ingentium ingentibus paricidiis.

Sane Hierosolyma dicitur, mundi medium: adeo vt propheticum illud: *Operatus est salutē in medio terræ*. dictum esse velint interpretes de Hierosolyma vrbe, in qua Christus mortē oppetiit. Vnde cum media participet de vtrifque extremis, consequens fit, vt hæc Hierosolyma ciuitas participaret non solum de moribus orbis terrarum circumcludentium illā, sed etiam de cælorum, atque inferorum influxibus, sub quorum fornice media continebatur. Quo circa non mirum est si simul sancta, simulque maneret scelestis, vtpote delibuta cælestium atque scelestium distatissimis moribus.

ET PERINDE mirū non est quod delecta fuerit in aream patibulationis Dominicæ, vbi cælestium omnium scelestiumque confluxus coibat. Ipse enim sanctus Domini, in quo omnis plenitudo diuinitatis corporaliter inhabitabat, onustus processit omni peccatorum mole ad sacrificandum Patri. Vnde conuenienter satis inibi peractum est illud holocaustū referens omnem sanctitatis & iniquitatis formam, in loco referto omnis sanctitatis & iniquitatis specie.

§. IIII.

Consumabuntur omnia quæ scripta sunt de filio hominis per Prophetas.

HINC haurire possumus, nō hyperbolice à Dño dictū fuisse Matth. 5. *Cælū & terra trāsibūt: verba autē mea nō trāsibūt*: Siquidem vt non caderet vnū ex Prophetis verbum, voluit ipse Christus ipseque Deus cadere, & morte atrocissima occumbere. Cōstat autem minora Christi præponderare maximis, & summis omnium cælorum atque cœlicolarum.

Haurire etiam possumus quantopere Prophetarum oracula Christi mortem sitirent: siquidem per ipsam erant perfectioni donanda. Vt enim vmbra sine sole riget, & dispositio sine forma marcent, & promissa algent sine munere præstito: sic prædictiones Prophetarum omnium sine Christi morte frigebant quodammodo, & sub imperfecto agebant: & ideo necem illius ardentem desiderabant. Hinc voces illæ Antiquiorum. Ecclesiastici. 36. nu. 19. *Da mercedem Domine sustinentibus te: vt Propheta tui fideles inueniantur*. Omnes Prophetarum siquidem ambiebant & præoptabant vt mercedem & præmium, quod inueniretur veraces in prædictionibus suis: eo quod potissimum pollicitis ornamentum est fidei solutio, & promissi vera adimpletio. Et quia per mortem Christi pollicitationes antiquæ exitu soluendæ erāt, sitiebant maxime atque deperiebant oracula eandem Christi Domini necem, vt promissio deperit exitum fidei suæ.

QUO circa moriente Domino, ab illo inelamatum nouimus Ioha. 29. *Consumatum est.*

quoniam

Cur Hierosolyma tantorum bonorum, malorumque fuit conditoria.

10

Cur Christus Hierosolymæ appensus.

Quanto luxius pateat ciuitates.

9

Magna domus plus iniquitatis quam æquitas habet plerumque.

II Quam fidelis Deus in omnibus verbis suis.

Cur antiqua lex tanti sitiret Christi aduentum.

12

Christus Dominus cur consumator dictus sit.

quoniam vaticinia quæ mortem prænuuciauerant eius, consumationem pro tunc & exitum exceperunt. Item eo circa à Paulo Hebræo. 10. protestatū de Christo Domino est, quod *Vna oblatione consumauit in æternum sanctificatos.* Vna vtique; quoniam oblatione mortis omnia perduxit ad summum, & ad perfectum attulit tanquam verus homo, atque verissimus Deus. Denique propterea à Paulo Dominus vocatus est *Consumator.* Ad Heb. enim. ca. 2. 2. nu. 2. inquit. *Curramus ad propositum nobis certamen aspicientes in authorem fidei, & consumatorem Iesum, qui propositio sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta.* Hic, (vt videtis.) Paulus appellat consumatorem Christum Dominum: eò quod per mortem suam tale comparauit sibi consumatoris cognomen.

13

Christus passionis sue ostendit se creatorem omnium.

Et sane per hoc ostenditur quod Christus authorem egerit prædictionum præscarum: cum penitus ad eundem pertineat perficere quod incepit, & quod inchoauit absoluere. Quare, vt optimum est indicium & argumentum ad dignoscendum quod aliquis sculptor, pictorve non cõstruxit, vt potissimus author, imaginem aliquam quam nondum absolutam secum defert, videre quod talis sculptor non est satis ad eam debite perficiendam: E contra vero est inelytum argumentum ad diiudicandum quod aliquis illam imaginem cepit, cuius opera expectata est vt eam vndequaue perficeret: sic insuperabile argumentum desumitur ad probandum quod potissimus author prophetiarum dictionum, non Prophetæ ipsi, sed potius Christus extiterit: ex eo quod solus Christus potuit ad perfectum perducere, atque consumate absoluere vaticinia præfata.

14

Quanti referant nobis pressuræ quas patimur.

HAVRIEMVS (si volumus) denique, quod si oportuit Christum tam grauem pressuram pati, vt perficeret verba, atque cõsumaret oracula elapsa diuinitus: quanto oporteat nos pressuras, & tunctiones subire; vt quam vel in baptismo pie honesteq; viuendi fidem, & spõsionem deuouimus, opere consumemus, & exitu compleamus. Vel in baptismo, dixi: Quoniam apertum est, in susceptione illius polliceri nos per vades, sponsõres, atque paternos, Deo semper viuere, & Diabolo abrenuntiare.

15

Quid à Christianis in iudicij die requirẽdum.

Quo iure Sanctus Ephraem Syrus libro de vera pœnitentia cap. 5. hæc pro nobis diuino sistendis iudicio, verba facit. *Tunc ò fratres mei & Christi amatores, omnis humanitatis effigies media inter iudicium & regnum, vitam ac mortem, gaudium ac merorem statuetur. Et requiretur à quolibet regium signum, ex qua die Catholicam & orthodoxam Ecclesiam ac fidem nostram per baptisma suscepit. Exigeturque à singulis fides in pace illibata, sigillumque infractum, & tunica incoquinata, secundum pulchram illam confessionem quam coram multis testibus professi sunt, dicentes: Abrenuntio tibi Sathana, & omnibus operibus tuis. Huiusmodi clara abrenunciatio requiretur à nobis*

in illa hora. Hanc abrenunciationem Angeli in hora baptismatis scribunt. Magni ergo refert vt quæ sic promissimus, fideliter compleamus: conscij quod à proprio filio quæsiuit, & exegit Deus acerba & dura quæ alij (vtique Prophetæ) sponderūt, fideique iusserūt pro illo.

Quo circa aiebat Dauid Psal. *Vouete: & red dite Domino Deo vestro omnes qui in circuitu eius affertis munera:* Quia quæ semel Deo promissa sunt ore, opere expleri conducit: nam sponsor putatur irrisor, quando illius verba in fumum, & in vêtum abeunt, & à promissione deficient. Et non tantum votum sponsioque semel emissa, & vera voce lapsa exitu implenda veniūt: verum & illico implenda, vt sese occasio protulerit. Tum quia qui cito dat, bis dat; vt phrasis prouerbialis intonat. Tū quia solutor morosus & serotinus redditor ingrati & præposteram reddunt beneficentiam suam, vt pote per actam intempestibo tempore. Et ideo Dauid vt dixit *Vouete:* subiunxit vlla intercallata dictione, *Reddite.* Et alibi Psal. *Reddam tibi vota mea, quæ distinxerunt labia mea.* Vbi prius se accinxit ad præstandum promissa, quam ad proferendum, & promulgandum illa. Sciebat, & callebat enim morẽ Dei, appetentis promissi boni solutionem fidelẽ. Propter quod voluit quod appellaretur fideles domesticus sui. Adimpleamus igitur quæ vel in baptismo spondimus.

Et esto polliceremur tunc tẽporis nihil ad vitæ sanctimoniam expediens: adhuc quia, vt Paulus inquit ad Rom. 6. *Consepulti enim sumus cū Christo per baptismũ in morte:* ad omne Christianæ apicis momentum deuinceremur. Ex hoc enim quod cū Christo morimur per baptismi fluetũ & fluxũ, sequitur vt vita nostra cum Christo abscondita maneat, vt habet Paulus ad Colof. 3. dicẽdo. *Mortui enim estis (vtiq; per baptismũ totale mortis Christi) & vita vestra abscondita est cū Christo in Deo.* Si autẽ vita nostra (verbũ est Ambrosij Magni lib. 3. de virginitate, post mediũ) abscondita est cū Christo in Deo, cõsequens est vt nõ appareat mũdo. Maxime quãdo Christus apparet nõ viuens, sed moriens, aut moribundus mũdo ipsi: vt apparet hodie, per Euangelij Verbũ, quod inter celebrãdũ recitatũ est de passione illius.

Et sane (vt Theophylact. obseruat super ad Colof. c. 3) ex quo vita nostra abscondita prædicatur cū Christo, monemur q̃ vitã aliã altiorẽ, elatiorẽq; viuimus, oculis haud quaquam obiectã: & proinde nõquã appetere, inquirere, aut desiderare apparentia: cū nec Christus ipse, nec vita nostra appareat. Quod si vnquam hoc, hodierna maxime ad hortandũ est quando vel personatorum vel simulatorum species, & apparẽcias pueriles, plus solito, & plus a quo aucupamur, & auide pascimus oculos in cõfusa ista lasciuientium hominum, atq; tripudiantium classe, qui quasi signo dato discurrunt indumentis ridiculis vt risum, chachinumque excitent, quinimo vt extorqueant vel ab ipsis

Vota redenda.

Cur Christiani vocentur fideles.

Baptismus noster symbolum mortis Christi.

Nota.

etiam grauioribus & potioribus uiris seria serio amatibus, & serijs dumtaxat studentibus. Cum tamen deberent seiplos in eiulatus dare & ad sletum, atque ad planctum conuertere, inspecta suorum fratrum mentis miseranda pauperie, & indigentia consilij per quam ridiculi effecti sunt. Dum enim dixit ille.

Nihil habet infelix paupertas durius in se, quam quod ridiculos homines facit.

Non tam de pauperie auri, quam de indigentia mentis, prudentiaque inopia intelligendus est. Nusquam enim homines sic se obiciunt ridiculos, ut obiciunt hodie, quando non ægestas substantia, sed prudentia urget: & quando despiciatissimæ eliguntur vestes, etiã si pretiosæ superfluant. Imo si pretiosæ hodie ve-

stes deligantur, & induantur ad speciem, ridiculos nihilo sectius homines faciunt; quoniam ab inopia mentis, à leuitate iudicij, atque uacuitate cerebri ortum ille habitus ducit. Et ideo sola pauperie quæ infelix est, & quæ ridiculos maximè facit ipsos homines consilij pauperiem dixeris, & non aliam.

Fabris igitur fabrilia relinquamus, hoc est ludrica, & scurrilia ludricis atque scurris dumtaxat: & ea quæ seria sunt serij nos sectemur, non quidem ad speciem & ad pompam, sed ad rem, & ad regnum: quia ut Paulus ubi supra inquit. *Cum autem apparuerit Christus uita uestra tunc & uos appareritis cum ipso in gloria: Ad quam, &c.*

Vnde ortus simulatio- nis uachanalis.

Iuuenalis. Quæ paupertas red- dat homi- nes ridicu- los.

FINIS.



ERRATA SIC CORRIGITO.

Pagina 20. col. 1. lin. 43. suffigerunt, leg. suffixerunt. pag. 23 co. 1. li. 52. Quos, le. Cui. co. 2. li. 38. celeberrimus, le. qui erat celeberrimus. pag. 24. co. 1. li. 33. sopiferam, le. soporiferam. pag. 28. co. 1. li. 36. crescenda, le. crescendo. pag. 31. co. 1. li. 37. cæsit, le. cecidit. pa. 42. co. 2. l. 12. Togica, le. Toxicæ. pa. 48. co. 2. li. 30. Necantē, le. Negantem. pag. 54. co. 2. li. 8. & le. de. pag. 57. co. 2. li. 30. turpidinis, le. turpitudinis. pag. 62. co. 2. li. 31. tueaur, le. tueatur. pag. 63. co. 1. li. 6. procedendum iri, le. processum iri. pag. 69. co. 1. li. 54. virtutem, le. virtutum. pag. 72. co. 1. li. 40. sadæquatè, le. adæquatè. pag. 87. co. 2. li. 15. cnmprehensiffet, le. comprehendiffet. lin. 17. insignis. le. insignijs. pag. 96. co. 1. li. 10. inferandam, le. inferendam. co. 2. li. 57. deperiebant, le. deperibant.

Con estas erratas està conforme à su original este Libro De Cruce, del P. M. Fr. Antonio Perez, &c. En fe de lo qual lo firmè en Salamāca, oy catorze de Março de 1604.

El Corrector, &c.

*Manuel Correa
De Montenegro.*

ERRATA SIC CORRIGITO.

... pag. 23. col. 1. li. 2. Quor
... pag. 24. col. 1. li. 23.
... pag. 25. col. 1. li. 1. co. 1.
... pag. 26. col. 1. li. 1. co. 1.
... pag. 27. col. 1. li. 1. co. 1.
... pag. 28. col. 1. li. 1. co. 1.
... pag. 29. col. 1. li. 1. co. 1.
... pag. 30. col. 1. li. 1. co. 1.
... pag. 31. col. 1. li. 1. co. 1.
... pag. 32. col. 1. li. 1. co. 1.
... pag. 33. col. 1. li. 1. co. 1.
... pag. 34. col. 1. li. 1. co. 1.
... pag. 35. col. 1. li. 1. co. 1.
... pag. 36. col. 1. li. 1. co. 1.
... pag. 37. col. 1. li. 1. co. 1.
... pag. 38. col. 1. li. 1. co. 1.
... pag. 39. col. 1. li. 1. co. 1.
... pag. 40. col. 1. li. 1. co. 1.

Conferuntur est conforme à l'original de ce Livre De Grues, cil. T. M.
Et. Antonio Perez, C. En se de lo qual lo fuané en Salamanca, ex error de
Marsio de 1604.

Manuel Ferrer
De Montenegro.

El Corrector, V. C.

INDEX RERVM NOTABILIVM SECVN- DÆ PARTIS HVIVS VOLVMINIS.

A

Actus humani.



ARGVITVR primo non accipere malitiam aut bonitatem ex fine pagina 49. nu. 3. & 4. Respondetur his argu- mentis. p. 55. à n. 20. vsque ad 30. Argui- tur secundo ad idem. p. 49. n. 6. & 7. Res-

pondetur. p. 58. à num. 31. vsque ad 34. Arguitur 3. ad idem. p. 50. nu. 8. & 9. Respondetur. p. 60. à n. 38. vsq; ad 51. Arguitur 4. ad idem. p. 50. n. 10. & 11. Respondetur p. 64. à n. 52. vsque ad 57. Ar- guitur 5. ad idem. p. 51. n. 12. Respondetur. p. 65. à n. 68. vsque ad 69. Arguitur 6. ad idem. p. 51. num. 13. Respondetur. p. 69. à n. 70. vsque ad 74. Arguitur 7. ad idem. p. 52. n. 14. Respōd. p. 70. n. 75.

Ostenditur actus humanos forisiri malitiam & bonitatem à fine. p. 52. a num. 14. vsque ad 19. In quo differant ab actibus hominis. p. 53. n. 17. Qui- nam illorum proprie dicantur interni, qui nā vero externi. p. 56. n. 25. & p. 57. n. 28. Eandem mali- tiam vtrique participant. ibidem.

Arguitur eundem actum humanum simul esse posse bonum & malum moraliter. p. 66. a num. 59. Respon. p. 67. n. 64. & 65. Ostenditur eundē actū numero esse non posse simul bonum & malum mo- raliter. p. 66. à n. 62. vsque ad finem capitis. Quali- ter aliqui actus simul fuerint boni, & mali morali- ter. p. 68. n. 66.

Actus humanus vt afficiatur bonitate alicuius virtutis, non opus est vt principaliter fiat propter illam. p. 69. n. 72. & 73. Arguitur cōtra hoc. ibid. n. 70. & 71. Respond. p. 70. n. 74.

Arguitur actus humanos semper accipere à fine operantis priorem bonitatem, aut malitiam. p. 70. n. 77. & 78. Arguitur è contra p. 70. n. 80. & 81. Conciliatur hoc dissidium definitione veritatis. p. 72. à n. 82. vsque ad 86.

Adam.

Adami peccatum fuit quasi latrocinium. p. 5. n. 14. Vbi sepultus. p. 35. n. 114. & 115.

Aegyptij olim maximi cultores Crucis. pag. 47. num. 142.

Angeli ex quo conati sunt ascendere, corruerūt. pag. 95. nu. 6.

Appionis notabilis perturbatio ad speciem Ho- meri. p. 91. nu. 4.

Apum mirabilis natura. p. 94. n. 2.

Astra cælorum cur per somnium adorarunt Io- seph. p. 88. n. 4.

Ascensus est in hominibus præuia dispositio ad casum: & cur. p. 95. n. 6. & 7.

Aures perforare quid: & pro quo sumatur. pag. 15. n. 52. & 53.

Author.

Eius aduocati. p. 1. nu. 2. Multis nominibus adstrictus Dominice Crucis. p. 47. nu. 158. Latitia quam concepit obtentu Salmantine Laureæ. p. 91. n. 1. Tremor illius in sermone habendo coram Sal- mantinum consensum. ibid. n. 3. Cōterraneus Dñi- co Predicatorum, & vbi iste nutritus. p. 89. n. 11.

B

Bacchanalia.

Arguitur quod in illis incongruè concedatur Laureæ Salmantine, p. 91. a n. 5. vsq; ad 7. Arguitur id maximè dedecere Dominica in Quinquagesima. p. 91. num. 8. Contrarium omnino astruitur & ostenditur. p. 93. n. 9. & 10. Soluuntur argumenta cōtraria. p. 93. n. 12. & 13. Bacchana- lium tempora quanto luxui pateant. p. 91. nu. 5. & 6. & p. 94. n. 1. Vnde id ortum habuerit. p. vlt. Cur recolatur in illis memoria passionis Dñicæ. p. 93. n. 13. & p. 94. n. 2. & 3.

Baptismus.

Ad quanta obligemur in illo de quibus ratio- nem reddere debemus. p. 97. n. 15. Est symbolū mor- tis Christi. ibid. Quibus abrenūtiemus in susceptio- ne illius, & qua solēnitare id faciamus. p. 97. n. 15.

Benedictini Monachi.

Resplendent maximè in cultu Dominicæ Cru- cis. p. 47. n. 158. Scripta illorum qualia. p. 89. n. 8. Notabilis inter illos solitudo, & quies. p. 90. n. 12. Omnia illorum monasteria quōdam collegia fuere. ibid. Ex ipsis nobilissimarum vniuersitatū erecto- res prodire. p. 90. n. 12. Primiores Scholastica pro- fessionis Magistri, & nobilissimi Iuris prudentiæ Principes, Doctoresq; sacri qui litterarū studijs in Hispania floruerūt, emerferunt ab illis. ibid. Illo- rum author D. Benedictus reputatur Doctor Ec- clesiæ, sicut & maximi eius filij. p. 90. nu. 13. Illos eximie decent Laureæ Salmantine.

Bonum.

Aliqua sunt bona quæ præsupponūt aliquod ma- lum: aliqua vero quæ secus. p. 80. n. 27. Expellere malum habet per seipsum integram rationem boni. p. 86. n. 50.

C

Calcaneus.

Quid per illū in sacris litteris designetur. p. 53. n. 15. Quid sit insidiare calcaneo alicuius. ibidem.

Charitas.

Per quid distinguatur à Pœnitentia virtute. p. 86. n. 47. Sine illa omnia excidunt breui. p. 95. n. 7.

Caro.

Cur non dictum sit quod caro facta est verbū: sed contra quod Verbum factum est caro. p. 6. n. 16. Cur animalium carnes sint hominibus in esum cōcessæ non vero illorum sanguis. p. 37. nu. 123. Cur caro Christi appellata sit maledictum. p. 48. n. 151.

Causa.

Quando qui vult illam censeatur velle suū effectum. p. 63. n. 49.

Circumstantia.

Vnde nomen hoc illis. p. 64. n. 52. Requisita ad rationem circumstantiæ. ibid. Quenam esse possint circumstantia humanorū actū. p. 64. n. 53. Quomodo aggrauent peccata quibus punguntur. p. 65. à n. 55. vsque ad 57.

Ciuitas.

Quanto luxui pateant ciuitates. p. 96. n. 8. & 9. Sunt iniquiorū hominū germana receptacula. ibid. Ex diametro opponuntur domo Dei. p. 96. n. 9.

Clauus.

Clauis affigebantur patibulati in Cruce. p. 18. n. 63. Quam illorum numerus. ibid. Clauorū Christi mirabile Sacramentum. p. 33. n. 109. & 110. Eximium opus illorum. p. 39. nu. 131.

Columna.

Illam ad quam vapulauit Christus vbi seruetur. pag. 22. n. 73. Confictus non debet esse vltra congregentur vires. p. 48. n. 1.

CruX.

Vnde dicta p. 17. n. 57. Variæ significationes illius. ibid. & n. 58. Structura eius. ibi. & n. 59. Infamia elogia antiqua illius. p. 19. n. 6. Magnū decus illius apud nationes aliquas antiquissimas. p. 43. n. 142. Magnū omen illius. ibid. Crucis omnia plena. p. 43. n. 143. & 144. Omnia sunt signa Crucis. ibid. Eximium Crucis signum. ibid. n. 144.

Crucis supplicium.

Durissimum omnium. p. 18. n. 60. Infame. p. 19. n. 67. Ferale omnino & contra feras inuentū. p. 20. n. 66. Solēnes antecessores illius. p. 18. à n. 61. vsq; ad 66. Seruis seruatiū hoc supplicium. & cur. p. 20. n. 66. & 67. Quinā apud Romanos, & ob quas causas hoc supplicio afficiebantur. p. 20. n. 68. Prior inuentor illius. ibid. Omnium suppliciorum veterrimū. p. 48. n. 149. Apud nationes aliquas erat pro nobilibus tantum reseruatū. p. 46. n. 153.

Cruci affigendi.

Ante omnia vapulabāt sauisimè, & ad columnā. p. 18. n. 61. Crucem baiulabāt. ibid. n. 62. Aculeis pungebantur inter eūdum. ibid. Nudi subleuabantur in Cruce. p. 18. n. 63. Quatuor clauis affigebantur. p. 19. n. 63. Fumibus succingebantur. ibid.

n. 64. Differitur an omnes clauis refrigeretur. pag. 19. n. 65. Iuxta vias publicas collocabantur. pag. 19. nu. 66. Ritus Romanorum contra illos. p. 27. n. 83. Quinam iuxta Iudæorum morē poterant in Cruce fieri. pag. 27. num. 84. Priuilegia nobilium patibulandorum. pag. 20. num. 69.

CruX Christi.

Mysterium eius cognitu difficillimum. pag. 1. num. 1. Quenam complectatur. ibidem, numero 2. Structura illius. pag. 21. n. 70. & 71. Comparatur Palmæ: & cur. pag. 28. nu. 92. 93. & 94. Cur delineetur colore viridi. ibid. num. 93. Summæ scientiæ Cathedra, à qua Christus non sedendo, sed stando docuit. pag. 29. n. 96. Appellatur clauis: & cur. pag. 32. nu. 103. Debet apparere in die iudicij: & cur. ibid. num. 104. Est super omnem creaturam dignior. pag. 38. num. 125. Multæ figuræ illius. pag. 44. num. 145. & 146. & 148. Ex qua lignorum materia compacta. ibid. n. 146. Summum torcular. p. 44. n. 148. Omnia in illa è contra eueniūt quam in rebus mundi. pag. 46. num. 155. Encomia eius. pag. 47. numero 155. 156. & 157.

Christus.

Cur se comparauit Serpenti artificiali: & non naturali. p. 41. n. 136. Cur non dixerit se ascensurū Cruce ut homines crederent, sed ut credentes non perirent. ibid. Quanta illius charitas. p. 41. nu. 137. Cur ab omnibus Gentium, & personarum generibus passus. p. 41. nu. 138. Magna inter illum, & suam Cruce proportio. p. 44. n. 147. & 148. Cur appellatus maledictum. p. 48. n. 151. & 152. Non fuit capax pœnitentiæ. p. 80. n. 28. Quā irrefragabile fuit prius peris celum quam vnicum Christi verbulū deficere. p. 96. n. 11. Ostēdit se authorē legis, & creatorē hominum in passione sua. p. 97. n. 13. De passio ne illius vide infra, verbo, passio.

Quid sit Christum in forma Dei esse. p. 2. n. 3. Et quid sit accepisse formam serui. p. 4. n. 9. & 10. Cur dicatur vermis. p. 40. nu. 133. & 135. Quid sit non rapinam arbitratum esse aequalitatē cum Deo. p. 4. n. 11. & 12. & p. 5. à n. 13. vsque ad 16. & p. 6. à n. 17. vsque ad 20. Septē expositiones huius verbi: Non rapinam arbitratum est, &c.

Christus verus Deus. p. 4. nu. 12. & p. 5. nu. 16. Summe humilis. ibid. Cur inter latrones appēsus. p. 5. n. 14. Discrimen eius à reliquis Sanctis. ibid. n. 15. Cur non dubitauerit diuinitatem suā ad tēpus dissimulare. p. 6. n. 18. Arguitur cōtra diuinitatē illius. p. 7. n. 21. Resp. ad idē. ibi. n. 22. Cur dicatur quod exinanuit se, &c. p. 8. & 9. à n. 26. vsq; ad 34. Quid sit accepisse formā serui. p. 10. à n. 34. vsque ad 42. Quomodo seruus: & quomodo nō seruus p. 11. à n. 36. vsq; ad 41. Quomodo in similitudinē hominum factus. p. 12. à n. 42. vsq; ad 46. Quibus argumentis Marcionistæ impugnabant diuinitatē illius. p. 13. n. 43. Singularis humilitas eius. ibi. n. 46. Ex humilitate illius infertur sua diuinitas. p. 15. n. 50. Quinā se humiliavit. ibi. n. 51. Quot modis se humiliavit. ibi. n. 52. Quanta obedientia illi, & quam expeditus ad eam. p. 15. n. 52. Cur ex obedientia mortuus. p. 16. n. 54. 55. & 56.

Cuiusnam serui formã suscepit Christus. p. 16. nu. 55. Crucem subijt quadrilateram. p. 21. nu. 70. Vapulanit ad columnam sæuissime. p. 22. nu. 72. & 73. Crucem baiulanit. pag. 22. num. 74. Dure lassatus in deductione Crucis. ibi. Stimulus per viã actus est. pag. 22. num. 75. Nudus omnino est cruci affixus. pag. 23. nu. 76. Quatuor clavis refixus. ibid. num. 77. & 78. Iuxta vias publicas appesus. p. 23. num. 79. Noluit bibere vinum myrrhatum: & cur. p. 24. n. 80. Grauitur sensit suæ mortis acerbitatem. ibid. Mors eius debet omnes agere in stuporem. p. 24. n. 81.

Arguitur dedecuisse Christum Crucis mortẽ: p. 24. n. 82. & 83. Respond. p. 48. à n. 150. vsque ad 158. Oportuit quod Christus Crucẽ subiret. p. 26. n. 87. Et Crucem lignẽã. p. 26. n. 88. 89. & 90. Et Crucem erectam in sublimi. p. 27. à num. 91. vsque ad 94. Et Crucem quadrilateram. p. 29. nu. 95. & 96. Et Crucem habentem lignũ suppedaneum. pag. 29. n. 97. Et Crucem cui titulus affixus esset. pag. 30. n. 98. & 99.

Oportuit Christum acerrimis flagellis verberari. p. 30. n. 100. & 101. Crucẽ suis humeris ferre. p. 31. n. 102. & 103. Et similiter in eius deductione lassari. ibi. n. 105. Et Crucem omnino nudatum ascendere. p. 33. à nu. 106. vsque ad 108. Et in illa clavis refigi. p. 33. nu. 109. & 110. Et iuxta vias publicas collocari. pag. 34. à n. 112. vsque ad 115. Præsertim in Caluarie loco. p. 35. n. 114. Et dolores acerrimos pati. p. 35. à nu. 116. vsque ad 118. Et tandem duriozem mortem subire. ibid. nu. 117. Ac ferarum poenis affici. ibid. num. 118. Plurima præter relatã Christus perpeffus est. p. 27. n. 85.

Decuit Christũ Crucẽ affectum esse primo propter ipsum Deum. p. 36. à nu. 120. vsque ad 125. Secundo propter ipsum Christum. p. 38. à nu. 126. vsque ad 132. Tertio propter nos homines. p. 40. à num. 133. vsque ad 138. Quarto propter rerum naturas. pag. 42. à num. 139. vsque ad 141. Quinto propter ipsam Crucem. pagina 43. à numero 142. vsque ad 149.

Cur sacrificium Christi non fuerit igne consummatũ, cum holocaustũ esset. p. 48. n. 150. Cur inclamatum est contra illum, vt in Crucẽ daretur. pag. 46. n. 154.

Christiani.

Magnum encomium illis hominem crucifixum colere. pag. 46. n. 155. Antiquiores illorum quanti coluerint Crucem. p. 47. nu. 157. Quanti teneantur respuere caduca quæ videntur, & æterna quæ non videntur ambire. pag. 97. numero 15.

D

Dæmones.

Cur raptores dicantur. p. 5. n. 13. Cur depingantur vngulis rapacissimis. ibidem.

Deus.

Quanta irrationalitas in hominibus nõ cognoscere eum. p. 95. n. 3. & 4. Quomodo forma in illo. p. 2. n. 5. Mirabilis mos illius. p. 57. n. 223. & 124.

Difficile.

Quod nõ difficile requiratur ad constitutionẽ virtutis. p. 83. n. 38.

Dominicus.

Dominici Silensis precibus ortus est Dominicus Prædicatorum Pater. Qui propterea tali nomine est insignitus. p. 89. n. 11.

Dominicanos Monachos maxime decet Laureæ Magistrales. ibid.

E

Ecce.

Notabilis simul, & ominosa dictio: & ideo legitime opposita initio passionis Dominicæ. p. 95. n. 5. Quãtus propter illam sanguis effusus est. ibid.

Ecclesia.

Ecclesiã Latinã magnum omen. pagina 30. numero 99.

Electio.

Arguitur electionem nõ posse habere pro obiecto finem operantis. p. 58. n. 31. Respond. p. 59. nu. 36. Arguitur actũ electionis esse semper numerice distinctũ ab actu intentionis. p. 58. n. 32. Resp. p. 59. nu. 35. Ostenditur electionem tendere in finẽ. p. 58. n. 33. Qualiter electio attingat finem. p. 59. n. 37.

Euacuare.

Quid significet. p. 9. n. 27.

Eucharistia.

Magnum mysterium eius. p. 9. n. 27. & 28.

Exinanire.

Quid hoc significet: & vnde ortum. pagina 8. numero 26.

F

Figura.

Quid nam significet. pag. 2. nu. 3.

Finis.

Quibus modis accipiatur. p. 52. n. 14. Quotuplex sit. ibid. & p. 56. n. 24. Quid sit. pag. 53. nu. 17. Cur actiones humanæ debeant esse propter illũ. p. 54. n. 18. Quomodo influat in actiones humanas. ibidem. & p. 70. n. 75. Qualiter iuxta aliquos præbeat malitiã & bonitatẽ actibus humanis. p. 54. n. 19. Arguitur esse circumstantiã omnium actuum humanorum. p. 53. n. 20. Resp. ad hoc. p. 57. n. 29. Arguitur esse obiectum omnium humanorum actuum. p. 55. n. 21. Resp. p. 57. n. 30. Ostenditur esse obiectũ actuum internorum, circumstantiã vero externorum. p. 55. à n. 23. vsque ad 28. & p. 59. n. 35. Quomodo possit esse circumstantiã actus humani. p. 64. n. 53. Bonitas illi nõ sufficit honestare actũ de obiecto prohibito. p. 68. a n. 67. vsq; ad 79. Quã bonitatẽ & malitiã præbeat humanis actibus. p. 72. a n. 82. vsq; ad 86.

Flagellum.

Quod nam sit. p. 31. n. 101. Et quisnam ritus Romanorum in flagellando. ibidem.

Forma.

Quid significet, & quibus conveniat: & quæ nã encomia illius, illustratq; nomina, & quare sic vocata, & quomodo conveniat Deo. p. 2. n. 3. & 4. & 5. Quid significet forma apud litteras sacras: præsertim absolute prolata. p. 3. n. 5. & 6. Non potest accipi pro actibus exterioribus. p. 3. n. 8.

Fortuna lusus. pa. 24. nu. 81.

G

Golgotha qualis locus. p. 23. nu. 79.

H

A Pad Hebræos quinam agebatur in Crucem. p. 46. n. 157.

Hippocratis Medici encomia ingētia. p. 87. n. 2. Holocaustum olim eximium sacrificiū: & unde sic vocatum. p. 37. n. 121. & 122.

Homo.

Cur vocetur omnis creatura vniversa vanitas. p. 9. n. 29. & 30. Ingens miseria illius. p. 13. n. 46. & p. 24. n. 81. Cur eius vita vocetur generatio. p. 40. n. 134. Quid sit hominem esse Dñm suarum actionum. p. 53. n. 18. Vide, verbo Sapientes, & verbo Ascensus.

Humana natura.

Quam vilis ac debilis sit. p. 10. n. 29. & 30. Quãtum a diuina distet. ibi. n. 32. In mysterio Crucis tenet medium locum. & cur. p. 10. n. 33.

Humilitas.

Quæ sit vera humilitas. p. 7. n. 22. & p. 14. nu. 49. Parat fundamēta virtutū. p. 14. n. 47. Est Crucis Dominicæ centrum, & maximū bonū omnibus reftis corde. ibi. Magna vis eius, eximia encomia, atque illustria facta. p. 14. n. 48. Cur de illa nõ egerit Arist. p. 15. nu. 51. Magnū pretium eius. p. 16. n. 56. Notabile encomium illius. p. 44. n. 146.

Hierusalem.

Vmbilicus terræ. p. 23. n. 70. Quã proba simul, & improba, quã celestis & simul scelestis: & cur. p. 96. n. 8. & 9. & 10.

I

Imago.

N Otabilis Christi. pag. 22. nu. 75. & pa. 43. nume. 144.

Imagines aliquot turpiter depictæ in Sanctorum despectum. p. 23. n. 78.

Imperatores quanti honorauerint Dominicam Crucem. p. 47. n. 159.

Ima quid significet. Et indely inanis. p. 8. n. 26.

Incarnationis mysterium quantum. p. 9. n. 28. & p. 10. nu. 32.

Initia rerum tria: & quæ. p. 2. n. 4.

Initijs malorum obstandum. p. 94. n. 3.

Intentio.

Quanti referat ad opus. p. 53. n. 16. Potest terminari ad finē absq; eo quod terminetur ad media. p. 58. n. 33. Quãliter respiciat finem. p. 59. n. 37.

Introductio ad lectiones examinis. b. 48. n. 1.

Ioseph cur p somniū calis ostra adorabāt. p. 88. n. 4.

Iustitia.

Per quid distinguatur a pœnitētia. p. 85. n. 44. Quãtum sit ratio iustitiæ legalis. p. 60. n. 38.

Iudæi.

Magna obcœcatio illorū. p. 5. n. 16. Quãtã erāt inania illa quæ aduersus Christum meditantur Psalm. 2. p. 6. n. 17. Illorū perfidia multa Scripturæ loca deprauata sunt in aliquibus codicibus. pag. 33. n. 109. Quare succelamauerunt, & quando, Christum tolli in Crucem.

L

Latrones olim crucifigebantur. p. 20. n. 68.

M

Monachi.

Qualis esse debeat vita illorū. p. 88. n. 6. Sapientiores orbis, vt in plurimū Monachi fuerunt. ibidem. Quam docuerunt scientiã. ibid. n. 6. Qualis pompa, & cultus illorū, vtique pœnitentiæ. p. 89. n. 8. & 9. Non dedecent illos Laureæ Magistrales. p. 90. n. 12. Illorum pœnitētia nõ pugnat cū splendore Laureæ: & cur. p. 90. n. 14. & 15. Quã scientiã tradere debeant. ibid. n. 15. Vide verbo Benedictini.

Monasterium Sabagum celeberrimum per Hispanias. p. 22. n. 75.

In Regio monasterio S. Benedicti Vallefoletani asseruatur mirabilis imago Crucifixi. p. 43. n. 144.

Morte Christi quomodo dicamur mortui. p. 41. numero 137.

N

Nobilitas.

Ingens discrimen inter vere nobiles, & illos qui furim ingenui sunt. p. 6. n. 20.

O

Obiectum.

O biekti scientiæ vritas, quanta & quãtã esse debeat. p. 61. n. 43.

P

Palma.

P almæ proprietates. p. 28. a n. 92. vsq; ad 94. Palma signum Dominicæ Crucis. ibid. Palma cur ita dicta. ibidem.

Passio Christi.

Passionis Christi acerbitas fuit omnium dolorum summus. p. 38. n. 126. Cur vocetur pũctio. p. 39. n. 127. Maxima emolumenta ex ea. p. 39. num. 128. Quãta soboles. ibid. n. 29. & 130. Quomodo per illã traxerit Christus ad se omnia. p. 39. n. 131. Quanti urgeat nos. p. 41. nu. 137. & 138. Quas passiones respuit Christus. p. 48. n. 151.

Paupertas.

Quenam paupertas maximè reddit homines ridiculos. p. vltima.

Papyrus antiquiorum quæ. p. 8. n. 26.

Parricidæ olim in Crucē fiebāt: & cur. p. 20. n. 68

Peccatum.

Peccati magna moles. pa. 32. nu. 105. Magnum debitum. p. 38. n. 126.

Ex peccatoribus quinā impij maximè. p. 40. n. 131. & 132.
 Philippus Secundus commendatur. p. 21. n. 71.
 Plato ampliter à Dionys. Tyrāno cultus. p. 87. n. 2
 Pompeij honorabile decus in quendam sapientem. p. 87. num. 7.

Pœnitens.

Pœnitentes cur raptores dicantur. p. 7. num. 15.
 Eorum habitus qualis. p. 89. n. 9.

Pœnitentia.

Arguitur non esse virtutem sed vitium. p. 74. à n. 1. vsq; ad 4. Contrarium ostenditur secundum fidem. p. 75. à n. 5. vsq; ad 11. Contra eluuntur argumenta. p. 76. à n. 12. vsque ad 15. Arguitur nō esse proprie virtutem. p. 77. à n. 16. vsq; ad 19. Cōtrarium conuincitur. p. 78. à n. 20. vsq; ad 23. Cōtraria argumenta soluuntur. p. 79. a n. 24. vsq; ad 28. Illius encomia fructus & necessitas. p. 75. a n. 5. vsq; ad 11. Primarius actus illius. p. 79. nu. 24. Quid intendat circa peccatū. p. 79. n. 25. Quæ præsupponat in subiecto virtus pœnitentiæ. p. 80. n. 28. Arguitur virtutē pœnitentiæ esse genus ad virtutes omnes. p. 80. a n. 29. vsq; ad 31. Ostenditur oppositum. p. 81. a n. 31. vsq; ad 33. Et ibi respondetur argumentis. Arguitur esse saltē genus sub alternum ad aliquas virtutes. p. 82. a n. 34. vsq; ad 37. Ostenditur oppositum p. 83. n. 39. Respondetur argumentis contrarijs. ibid. n. 37. & 38. Arguitur nō esse virtutē atomā secundū speciē. p. 83. n. 38. & 39. Resp. argumētis. p. 86. n. 50. & 51. Arguitur pertinere ad plures virtutes. p. 84. n. 40. Ostenditur oppositum. p. 85. n. 43. Arguitur pertinere ad iustitiam. p. 84. n. 41. Ostenditur contrarium. p. 85. nu. 44. Arguitur pertinere ad religionem, vel ad charitatem. p. 84. n. 41. & 42. Ostenditur contrarium. p. 85. a n. 45. vsq; ad 47. Ostenditur esse virtutem atomam & specialissimam. p. 86. n. 48. & 49. Non est conditio necessaria ad omnes virtutes. p. 81. n. 33. Quæ peccata respiciat. p. 86. n. 51. Cur Christus non habuit illam. ibid.

Propheta.

Prophetarū miracula. Et quanti sitiebant mortē Christi & cur. p. 96. n. 10. & 11. Cur non contineret Prophetā perire extra Hierusalem. p. 96. n. 8

Q

Quinarij numeri sacramenta. p. 29. n. 97.

R

Romani ciuis indemnitas. p. 31. n. 101.

S

Sacrificium.

Sacrificiū Christi quo igne confectum. p. 48. nu. 150. Sacrificia antiqua non fuerunt grata Deo propter se. p. 36. n. 120. Bene tamē propter alias rationes. ibid. Quidnā illorū Deo gratius. p. 37. n. 121.

Salmantinus concensus.

Quam gemmatus. p. 88. n. 4. & 5. Quam in omni splendore conspicuus. p. 91. n. 2. Nullius alterius senatus inuidia subest. & cur. p. 88. n. 5. Debet a cunctis impense coli. ibid. n. 4.

Scientia.

Quomodo possit esse de ente per accidēs. p. 64. n. 53
 Scholasticorum aliquarum argutiæ reprehenduntur. p. 88. n. 7.
 Scripturæ phrasis. p. 13. n. 44. & p. 76. n. 12. Scripturæ multa loca tentarunt Iudæi deprauare. pag. 33. num. 109.

Sapiētes.

Soli sapiētes vere homines. p. 87. n. 1. Ipsi parāt sibi suam fortunam. ibid. Quanto in pretio olim ab Imperatoribus habiti. ibid. nu. 1. 2. & 3. Perpetuo fulgebunt. p. 88. n. 4.

Quid significet ly, sed, in sacris literis. p. 8. nu. 24. Quid significet cum dicitur de Christo, Sed semetipsum exinanivit. ibid. n. 25.

Septuaginta Interpretum antiquitas veneranda. p. 27. n. 90.

Serui forma quid significet. p. 10. a n. 34. vsque ad 42.

Similitudo.

Non opponitur veritati. p. 13. n. 42. 43. & 44.

Quid sit homines dari in similitudinē hominū. ibi.

Superbia crimen alienū hominibus. p. 4. n. 11

Studium recte viuendi.

Ad quam virtutem pertineat secundam aliquos. p. 60. a n. 38. vsq; ad 43. Ad quam vere pertineat iuxta mentē authoris. p. 61. n. 43. Ostenditur quod ad nullam pertinet virtutem. p. 62. n. 46. Esse nihilominus moraliter bonum. p. 61. n. 43. Ostenditur non habere bonitatem virtutum particulariū. p. 62. n. 45. Studium improbe agendi ad quam speciem mali pertineat. p. 63. a n. 48. vsq; ad 51.

T

Theodosij Imperat. mirabile exēplū. p. 87. n. 2.
 D. Thomas reluctans Magisterio est insignitus. p. 89. n. 11.

Tyranni formido. p. 6. nu. 18. & 19.

Titulus Dominicæ crucis.

Cur tā varijs fuerit literis exaratus tāq; indelebiliter. pag. 30. n. 99. Ex qua materia confectus: & cur. p. 44. n. 146. Tribulationes & pressura quanti hominibus referant. p. 97. n. 14. & 15.

Tristitia.

Quenam tristitia commendatur in sacris literis qua vero reprehendatur. p. 77. n. 15.

V

Veneri natura notabilis. p. 42. n. 104.

Virgo Beatissima fuit capax virtutis pœnitentiæ. pag. 80. n. 28.

Virtutes sunt in duplici differētia. pag. 79. n. 24. Quanam requiratur ad perfectā virtutē. p. 79. n. 22

Quinam potissimus actus virtutis. p. 77. n. 16.

Per quid pœnitentia distinguatur ab vninerfis virtutibus. p. 85. n. 41.

Vitulare quid significet nota. p. 93. n. 13.

Cur Antiqui colebant vitulam tanquam letitia Deam. ibid.

Vota Deo facta fideliter reddenda. p. 97. n. 15.

F I N I S.

INDEX LOCORVM SACRAE SCRIPTURAE,

QVAE IN SECUNDA HVIVS VOLV-
minis parte, obiter vel ex professo explicantur.

*Numerus in margine positus Sacrae Scripturae caput: prior vero post unūquemq;
locum paginam: secundus columnam: tertius tandem eiusdem columna nume-
rum designat.*

<i>Genesis.</i>		2	Dominus dixit ad me filius meus, &c. p. 6. c. 1. n. 17.
3	 V infidiaberis calcaneo eius. p. 53. c. 1. n. 15.	18	Ab occultis meis munda me Domine, &c. p. 4. c. 2. n. 11.
27	Nudaverunt Ioseph tunica talari, & polymita. p. 33. col. 1. num. 106.	21	Ipsi vero considerauerunt & inspexerunt me, &c. p. 33. c. 1. n. 106.
49	Issachar vidit requiem, quod esse bona & terram, &c. pag. 31. col. 2. num. 102.	21	Ego sum vermis & non homo opprobriū hominum, &c. p. 36. c. 1. n. 117.
49	Ad præda ascēditī filij mi, p. 28. c. 1. n. 92.	37	Non est sanitas in carne mea à faciæ iræ tuæ, non est pax ossibus meis, &c. p. 32. c. 2. numero 105.
<i>Exodus.</i>		38	Substantia mea tanquam nihilum ante te pag. 9. c. 2. n. 3.
12	Caput cum pedibus eius & intestinis vorabitis. p. 9. c. 1. n. 28.	38	Veruntamen vniuersa vanitas omnis homo viuens. ibid.
17	Cum leuaret manus Moyses, vincebat Israel, &c. p. 27. c. 2. n. 92.	39	Sacrificium & oblationem noluisti, aures autem perfecisti mihi. pagin. 15. co. 2. numero 52. & 53.
29	Infundens super altare in holocaustum odorem suauissimum, &c. p. 28. c. 1. n. 22.	43	Posuisti nos in similitudinē gentibus cōmotionem capitis, &c. p. 13. c. 1. n. 43.
<i>Leuiticus.</i>		49	Iniquitas calcanei mei circumdedit me. p. 53. c. 1. n. 55.
16	Portauit hircus omnes iniquitates eorū in terram solitariam. p. 31. c. 2. num. 103.	55	Ipsi calcaneū meū obseruabant. ibidem.
<i>Numeri.</i>		55	Ab altitudine diei timebo. p. 95. c. 2. nu. 6.
21	Fecit Moyses serpentem æneū, & posuit eum pro signo, &c. p. 27. c. 2. n. 91.	65	Reddam tibi vota mea, quæ distinxerunt labia mea. p. 97. c. 2. n. 15.
<i>Deuteronomium.</i>		68	Saluum me fac Deus quoniam intrauerunt aquæ, &c. p. 35. c. 2. n. 116.
21	Maledictus omnis qui pendit in ligno. p. 16. c. 2. n. 55.	68	Quæ non rapui, &c. p. 38. c. 1. n. 125.
<i>Liber Iudicum.</i>		68	Quæ non rapui tunc exsoluebam (iterū) p. 31. c. 1. n. 100.
10	Præcidit Abimelech arboris ramū impositumq; ferēs humero, &c. p. 31. c. 2. n. 102.	71	Reges Tharsis & Insulæ munera offerent. p. 87. c. 2. n. 3.
<i>Regum primus.</i>		73	Deus autem Rex noster, operatus est salutem, &c. p. 34. c. 2. n. 112.
15	Melior est obedientia quam victima. p. 15. col. 1. n. 54.	75	Vouete, & reddite Dño Deo vestro, omnes qui in circuitu, &c. p. 97. c. 2. n. 15.
<i>Regum secundus.</i>		87	Repleta est malis anima mea. pag. 42. c. 1. num. 139.
6	Quam gloriosus fuit hodie Rex Israel discoopariens se, &c. p. 33. c. 1. n. 107.	90	Non accedet ad te malum, &c. pag. 31. c. 1. num. 100.
23	Dauid sedens in cathedra sapientissimus Princeps inter tres. p. 40. c. 1. n. 133.	100	In matutino interficiebam omnes peccatores, &c. p. 96. c. 1. n. 8.
<i>Tobias.</i>		109	Tecum principium in die virtutis tuæ, &c. pag. 39. c. 1. n. 128.
12	Eleemosyna à morte liberat, & ipsa est quæ purgat peccata. p. 76. co. 2. num. 12.	128	Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, &c. p. 31. c. 1. n. 100.
<i>Iob.</i>		129	Ascendunt vsq; ad caelos, & descendunt vsq; ad abyssos. p. 95. c. 2. n. 6.
2	Nudus egressus sum de utero matris meæ &c. p. 33. c. 1. n. 107.		
10	Manus tuæ Domine fecerunt me, & plasmauerunt me, &c. p. 15. c. 2. n. 53.		
29	Sicut palma multiplicauit dies eius. pag. 28. c. 2. n. 93.		
<i>Liber Psalmorum.</i>			
2	Quare fremuerunt gentes, &c. (vsq;) Christum eius. p. 6. co. 1. n. 71.		

Proverbia.

21 Vir obediens loquetur victorias. pag. 16. col. 1. num. 55.

Cantica.

1 Oleum effusum nomen tuum. pa. 8. co. 2. numero 26.

7 Dixi ascendam in palmā, & apprehendā fructus eius. p. 28. c. 1. num. 92.

8 Sub arbore malo suscitavi te, ibi corrupta est genitrix tua, &c. pagina 26. colu. 2. num. 87.

Sapientia.

2 Morte turpissima condemnemus eum. p. 23. c. 1. n. 76.

17 Benedictum sit lignum per quod fit iustitia. p. 44. co. 1. n. 146.

Ecclesiasticus.

1 Timor Dñi repellit peccatū. p. 70. col. 2. num. 12.

31 Memento quia malus est oculus, nequius oculo quid creatū est. p. 52. c. 1. num. 15.

36 Da mercedem Domine sustinentibus te, &c. p. 96. co. 2. n. 11.

53 In bono oculo adinventionem tuam fac. p. 52. c. 2. num. 15.

Esaias.

1 A planta pedis vsq; ad verticē capitis, &c. p. 23. c. 1. n. 76.

5 In his omnibus, non est auersus furor eius sed adhuc manus eius extēta. p. 8. c. 1. n. 24.

9 Factus est principatus super humerum eius. pa. 31. c. 2. n. 102.

14 Ascendam super altitudinem nubium. pa. 95. c. 1. n. 6.

20 Ambulavit nudus & discalciatus. pa. 33. c. 1. num. 10.

22 Dabo clauem domus Dauid super humerum eius. p. 32. c. 1. n. 103.

42 Parū est vt sis mihi seruus. p. 11. c. 2. n. 39.

50 Dorsum meum dedi in flagella. pa. 30. c. 2. num. 70.

53 Vidimus eum & non erat aspectus. pag. 23. col. 1. n. 76.

53 Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est, &c. pa. 30. c. 2. n. 100.

53 Et dabit impios pro sepultura. pagin. 40. col. 1. num. 131.

53 De angustia & de iudicio sublatus est: generationem cuius quis enarrabit? &c. pa. 40. colum. 2. num. 135.

60 Ambulabunt gentes in lumine tuo, & Reges in splendore, &c. p. 87. c. 2. n. 3.

Hieremias.

11 Venite mittamus lignū in panē eius, & eradamus eū de terra viuētū. p. 27. c. 1. n. 87.

Tbreni.

1 O vos omnes qui transitis per viam, &c. pag. 38. col. 2. num. 126.

4 Ad te quoq; perueniet calix, inebriaberis atq; nudaberis. p. 33. c. 1. n. 106.

Ezechiel.

9 Dixit Dñs ad Cherub: transi per mediā ciuitatem, &c. p. 34. c. 2. n. 146.

23 Sic ingreditur populus meus ad te quasi ingrederetur populus. p. 23. c. 1. num. 44.

23 Dimittent te nudam, & ignominia plenam. p. 33. c. 1. n. 107.

Micheas.

1 Vadā spoliatus & nudus. p. 33. c. 1. n. 107.

Habacuch.

2 Exara diligenter super tabulā, vt percurrat qui legerit. p. 30. c. 1. n. 99.

Zacharias.

3 Aducā seruū meū oriētē. p. 11. c. 2. nu. 38.

Matthaus.

7 Non potest arbor bona malos fructus facere, &c. pa. 53. c. 1. num. 15.

8 Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, &c. p. 13. col. 2. nu. 46.

16 Qui vult venire post me abneget, &c. pa. 3. co. 2. num. 103.

27 Sanguis eius super nos & super filios nostrōs. p. 38. co. 2. nu. 127.

Marcus.

10 Non est meum date vobis, sed quibus paratum est, &c. p. 18. n. 24.

15 Et erat titulus causæ eius scriptus, Rex Iudæorum. p. 21. c. 2. num. 70.

Lucas.

1 Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim, &c. pa. 14. col. 2. n. 78.

14 Qui se exaltat, humiliabitur. pag. 95. co. 2. numero 6.

14 Ecce ascendimus, p. 95. co. 2. n. 6.

14 Consummabuntur omnia quæ scripta sunt per Prophetas. p. 96. c. 2. n. 10.

18 Ecce ascendimus Hierosolymā, & cōsummabuntur omnia, &c. a pa. 94. (vsq;) 98.

23 Corripiam eum & dimittam. pag. 2. c. 1. numero 72.

Ioannes.

1 Vidimus gloriam eius: gloriā quasi vnigenti à Patre. p. 13. c. 1. n. 44.

1 Alienum autē non sequuntur. pag. 8. co. 1. numero 24.

3 Sicut Moyfes exaltauit serpentē in deserto ita exaltari oportet, &c. p. 27. c. 2. n. 91.

3 Sicut Moyfes exaltauit, &c. pag. 37. c. 1. numero 122.

10 Tu homo cum sis Deum te facis? pa. 5. c. 2. num. 16.

10 Omnes quotquot venerunt, fures sunt & latrones, sed non audierunt eos oues. pa. 8. co. 1. num. 24.

11 Vos nescitis quicquam, nec cogitatis, &c. pag. 41. col. 1. n. 135.

12 Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum. p. 39. c. 2. n. 130.

12 Ego si exaltatus fuero, &c. (iterum) pag. 29. c. 1. n. 95.

16 Absq; Synagogis faciam vos, sed venit hora, &c. pag. 8. c. 1. num. 24.

19 Cū seneris extends manus tuas & alius te einget. p. 19. co. 1. num. 64.

19 Apprehēdit Pilatus Iesum & flagellauit. pag. 22. col. 1. n. 72.

Index locorum

- 19 Susceperunt autem Iesum, &c. c. 2. n. 74.
 20 Ascendo ad Patrem meum & patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrum. p. 11. c. 2. n. 38.
 29 Consummatum est. p. 96. c. 2. n. 12.

Acta Apostolorum.

- 4 Conuenerunt in ista ciuitate aduersus sanctum puerum tuum Iesum. pag. 34. co. 2. num. 112.

Epistola Pauli ad Romanos.

- 5 Recôciliati sumus Deo, per mortem filij eius. p. 16. c. 1. n. 54.
 6 Consepulti enim sumus cum Christo per baptismum in morte. p. 97. c. 2. n. 15.
 8 Venit in similitudinem carnis peccati. p. 12. c. 2. n. 41.

Prima ad Corinthios.

- 3 Omnia vestra sunt, vos autem Christi, Christus autem Dei. p. 15. c. 1. n. 51.
 5 Nonne de his quæ intus sunt vos iudicatis? p. 79. c. 1. n. 21.
 6 Empti enim estis pretio magno, &c. pag. 26. c. 2. n. 87.
 9 Omnis qui in agone contendit ab omnibus se abstinere. p. 33. c. 2. n. 108.
 13 Si habuero omnem scientiam, & omnem fidem, &c. p. 95. c. 2. n. 7.

Secunda ad Corinthios.

- 1 Quæ stulta sunt mundi elegit Deus. pag. 38. c. 1. n. 124.
 5 Charitas enim Christi vrget nos, estimantes hoc. p. 40. c. 2. n. 137.
 5 Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit. p. 44. c. 2. n. 151.
 11 A Iudæis quinquies quadragenas vna minus accepi, &c. p. 31. c. 1. n. 101.

Ad Galatas.

- 2 Inuenti sumus ipsi peccatores. pa. 13. c. 2. num. 45.
 3 Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum. p. 44. co. 2. num. 151.

Ad Ephesios.

- 3 In charitate radicati & fundati, &c. (vsq;) & altitudo & profundum. p. 29. c. 1. n. 96
 5 Tradidit semetipsum pro nobis. p. 16. co. c. 1. n. 54.

Ad Philippenses.

- 2 Hoc sentite in vobis quod & in Christo Iesu, &c. (vsque) mortem autem crucis.
 2 Non rapinam arbitratus est. p. 4. c. 2. n. 12. item. p. 5. & 6. (vsque) ad n. 20.
 2 In similitudinem hominum factus. p. 12. c. 2. n. 42. & p. 13. c. 1.
 2 Et habitu inuentus vt homo. pag. 13. c. 1. num. 43.
 2 Humiliauit semetipsum, &c. pagi. 14. c. 2. num. 47.
 2 Propter quod Deus exaltauit illū, & dedit illi nomen, &c. p. 15. c. 1. n. 50.

Ad Collossenses.

- 1 Per eum reconciliari omnia in ipsum pacificans per sanguinem eius. pa. 29. co. 2. num. 95.
 1 Primogenitus omnium creaturarum. pa. 44. c. 2. n. 147.
 3 Mortui erim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. p. 97. co. 2. num. 15.

Ad Hebræos.

- 10 Vna oblatione consummauit in æternū sanctificatos. p. 97. c. 2. n. 15.
 13 Quorum animalium inferitur sanguis pro peccato, &c. p. 34. c. 2. n. 113.
 22 Curramus ad propositum nobis certamē, aspicientes, &c. p. 97. c. 1. n. 12.

Epistola Iacobi.

- 4 Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. p. 14. c. 1. n. 47.

Epistola Petri prima.

- 2 Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, &c. p. 26. c. 2. n. 87.

Apocalypsis.

- 1 Videbit eum omnis caro, & qui eum pupugerunt. p. 39. c. 1. n. 128.

F I N I S.


S A L M A N T I C A E.

Ex officina typographica ARTI TABERNIEL Antuerpiani.

Anno 1604.







1.865 (I-II)